

42
L

ASSENTATIONES IN DISSERTATIONE JURIS ECCLESIASTICI

DE EO,

*QUOD CIRCA DECIMAS NOVALES IN
GERMANIA, AC PRÆCIPUE IN DIOECESI, ET
TERRITORIO COLONIENSI JUSTUM EST.*

QUAM

SUB PRÆSIDIO

PHILIPPI HEDDERICH

MIN. CONV. PRESBYTERI, S.S. THEOL. DOCTORIS, EMINENTISSIMI
PRINCIPIS ELECTORIS, ET ARCHIEPISCOPI COLONIENSIS CONSILIARII
ECCLESIASTICI ACTUALIS, CONSILII ELECTORALIS ACADEMICI ASSES-
SORIS, S.S. CANONUM IN ELECTORALI ACADEMIA MAXIMILIANEA
BONNENSI PROFESSORIS P. ET O. ATQUE INCLYTI COLLEGII
JURIDICI ASSESSORIS

PUBLICÆ ERUDITORUM DISQUISITIONI

CHRISTIANUS FRANC. WEIDENFELT

EX NEUKIRCHEN, PATRIÆ COLONIENSIS JURIUM AUDITOR EMERITUS

AUTHOR ET DEFENDENS

ANNO MDCCCLXXXII. DIE XII. SEPTEMBRIS

SUBMISIT, CONTENTÆ, AC DETECTÆ

A

FULGENTIO DE VERITA.

SPECIMEN QUARTUM.

VERCELLIS

MDCCCLXXXIII.



Difficile est Satyram non scribere. Nam quis iniquæ
Tam patiens Urbis, tam ferreus, ut teneat se,
Caussidici nova cum veniat lectica Mathonis
Plena ipso.

JUVENALIS *Satyr. I. v. 30.*



ANTITHESIS LXVI.

Mutato theatro præludat NASO (a)

*In nova fert animus mutatas dicere formas
Corpora. Di, coeptis (nam, Di, mutastis & illas)
Adspirate meis.*

Adspirate omnes tam majorum, quam minorum gentium. Etenim novalium decimator, qui heri episcopus pro more secundum omnem formam, ac solemnitatem creabatur, eligebarur, ac enuntiabatur, hodie mutabitur in dominum territorialem.

Quo itaque spectatorum, spectatrixcumque oculos fascinare parimus, in scenam prodeat S.S. Theol. & S.S. C.C. Doctor, atque in alma, Cæsareo-Austriaca Universitate Oenipontana Professor ANTONIUS SOELL (b) agens: "An decimæ novalium pertineant ad Dominum territorii? affirmant ex Acatholicis Thomas Michael de Jurisdic. Imper. & Cameræ conclus. 49. L. a. & D. Math. Stephani de Jurisdic. L. 2. p. 1. c. 7. n. 448. & quidam alii, quos refert, & sequitur Knipschild L. 2. de Jurib. civit. Imper. c. 5. n. 171. Ducuntur 1mo, quia in suis territoriis Principes Acatholici possident, & exercent jura Episcopalia.

A 2

2do

(a) Metamorph. Lib. I. v. 1. & seq.

(b) De decimis novalium Part. III. §. 2. num. 305. & 306.

“ 2do Hujusmodi decimas neandum percepereunt Ecclesiæ, nec
“ dum ad eas jus quæsumum habent, consequenter eas prætendere
“ non possunt.

“ 3to Loca deserta & inculta ad dominum territorii pertinent,
“ quia sunt bona vacantia.

“ 4to Vigore regalium primi fructus terræ recens ad culturam
“ redactæ videntur spectare ad Principem.

“ 5to Denique ut hac ratione jus venandi, Domino territorii
“ competens, quod sæpe per excisas arbores, vel omnino tollitur,
“ ubi novalia fiunt, vel saltem diminuitur, per solutionem decima-
“ rum aliquo modo saltem compensetur.

“ Verum hæ rationes neutiquam fundatæ sunt, ut dicunt, non
“ solum omnes Theologi, ac canonistæ, sed ipsimet Juris Canonici,
“ & Civilis peritissimi, ac ad defendenda Regalia, & Jura Principum
“ etiam ex officio obstrieti viri, qui rem hanc ex instituto exami-
“ narunt: inter quos meretur nominari Illustrissimus L. B. Schmid
“ Cancellarius Serenissimi Electoris Bavariae, qui in *dottiissimis Com-*
“ *mentariis suis ad statuta Bavariae editis tit. 28. art. 13. n. 2.* dicit,
“ hanc opinionem esse haereticam. Hunnius magnum & inexcusabi-
“ lem errorem. Excelsi Regiminis Sup. Austriæ Confiliarius Werndle
“ fundamenta superius pro illa opinione relata docte refutat *de de-*
“ *cim. l. 4. c. 3. & c. 5.* cui consentit in addit. suis Casparus Læ-
“ lius ad *cit. l. 4. c. 3. & ab his citatus D. Lindenspür in Differ-*
“ *de Imp. & famil. orig. & mutat. f. 125. n. 50.* ubi ait, etiam Lu-
“ theranorum, & protestantium prætensa argumenta omni soliditate,
“ ac firmitate carere. Insuper apud Werndle *cit. c. 3.* ex Polydoro
“ Virgilio Hospinian. *de orig. bon. Eccl. l. 5. c. 3.* & Wilhelmus
“ Schickart A. C. Author *de jure regio c. 4. Theor. 14.* ostendit ex
“ Hebrais Scriptoribus, decimas Regi nunquam debitas, vel solutas
“ fuisse. Ita & ipsi Acatholici agnoverunt, decimas novalium perti-
“ nere ad parochos juxta *c. cum contingat 29. de decim. Covar. var.*
“ *resol. l. 1. c. 17. n. 13.* Canifius *l. 3. in sum. Jur. Can. tit. 26. §.*
“ *novalium.* Nec opus erit ad stabiliendam hanc veritatem plures
“ authores, vel jura referre, supra sat pro Ecclesiis relata, sed suf-
“ ficiet ad rationes in contrarium allatas respondere, easque diluere.
“ Illud,

—

“ Illud, quod rimo loco objectum fuit, non meretur responsum,
“ cum certum sit, ac de fide, quod jura Episcopalia & sacra non
“ competant laicis, & contrarium afferere cum Lutheri asseclis sit
“ gravissimi fundamentum erroris temere rescendentis, ac contra in-
“ stitutionem ipsius divini servatoris turpiter confudentis Hierar-
“ chiam Ecclesiasticam cum politica, & civili, quod toties contin-
“ git, quoties citra expressum privilegium Apostolicum potestas sæ-
“ cularis in personas, aut causas Ecclesiasticas jus sibi arrogat, &
“ exercet. Dein non Episcopi, sed parochi habent jus ad decimas
“ novalium, ut supra diximus, quo jure parochi frui possunt, ac
“ permittendi sunt etiam in territorio Principis Acatholici.

“ Ad 2dum, licet Ecclesiæ decimas nondum existentes non per-
“ ceperint, habent tamen intentionem in jure fundatam ad eas,
“ quando intra limites suos fructus decimales producentur: sicut
“ Princeps nondum habet jus ad eos, qui nondum sunt subditi, sed
“ tunc, quando erunt.

“ Ad 3tum, etsi certum ponatur esse, bona deserta, & in-
“ culta ad Dominos territorii pertinere, quod tamen in dubium
“ trahitur, ut videre est apud Menochium l. 3. præf. 100. a n. 9.
“ neutiquam tamen ex eo sequeretur, etiam decimas inde collectas
“ spectare ad Dominos territorii, alias pariter inferri posset, deci-
“ mas ex fundis esse illorum, qui illos proprietatis jure possident,
“ qua ratione nullæ omnino decimæ ad Ecclesiæ pertinerent.

“ Ad 4tum, quod primi fructus terræ, recens ad culturam
“ redactæ, vi regalium ad Principem spectare videantur, neque au-
“ thoritate, neque ratione suadetur, quia S.S. Canones, S.S. Ponti-
“ fices, S.S. Concilia, unanimis Theologorum, Canonistarum, ac
“ Juris peritorum sententia decimas novalium adjudicant Ministris
“ Ecclesiæ in horum sustentationem ob Ministerium sacrum, quod
“ fidelibus impendunt, cum qua ratione & jure decimandi nil com-
“ mune habent regalia, quorum qualitas intrinseca in eo consistit,
“ quod ex natura sua primæva soli summo Principi competant, vel
“ iis tantum, quibus regalia sunt ab ipso Principe concessa.

“ Ad



“ Ad statum, quamvis Princeps non cogatur permettere eradicationem v. g. nemoris cum præjudicio sui juris venandi, &c si quidem permittat, possit forsan certos census in fundis eradicatis constituere, non tamen in fundo recens culto percipere decimas, quia cum jure decimandi jus venandi nihil commune haber, nec impedire potest id, quod Ministris Ecclesiæ tum ex jure, communi sensu D.D. & ex usu Ecclesiæ primitivæ competit, ut ipsi met Caspar. Klock in suo tract. de ærario l. 2. c. 2. n. 34. & seq. advertit „.

Verum quid ille morio hac tempestate adhuc hæresin atque inexcusabilem errorem garriens, blatransque? Illuminati seculi theatrum haud amplius in scenam producit annosos Pantalones, Pierones, ac Scapinos, sed plerosque blandæ voluptatis actores. Hos proinde spectemus.

ANTITHESIS LXVII.

Utique THEGANUS (c) Trevirensis Chorépiscopus de LUDOVICO PIO Imperatore refert: *In tantum largus, ut antea nec in antiquis libris, nec in modernis temporibus auditum est, ut villas regias, quæ erant sui & avi & tritavi, fidelibus suis tradidit eas in possessiones sempiternas & precepta construxit, & annuli sui impressione cum subscriptione manu propria roboravit. Fecit enim hoc diu tempore. Quid inde?* Ergo villæ dominicales, & regiae, quæ etiam curtes regiae, Fisci, vel vici Regis appellabantur, ex propriis Regum fuerunt, patrimonii. Quis dubitaverit? Ergo etiam omnes villæ regiae fuerunt Terræ Salicæ. Quis cum dissertatore somniaverit? Breviter PLTHOEUS (d) definit: *Terra salica, id est, terra, quæ hostibus devictis Regi, militibusve saliis sorte obtigit. Paullo fusius DU CANGE (e) explicat. “ Terra Salica, Portio terræ, Salio militi, atque adeo Principi seu Regi assignata, ex iis, quas in Galliis virtute bellica acquisierant*

(c) *De gestis Ludovici Pii Cap. XIX.* apud DUCHESNE Histor. Francor. Scriptor. Tom. II. pag. 279.

(d) *In Glossar. Leg. Salic. Tit. LXII.* apud BALUZIUM Capitular. Reg. Francor. Tom. II. pag. 485.

(e) *In Glossar. voce TERRA SALICA.* Basileæ MDCCCLXII.

quisierant, partitione inter victores facta. Harum enim aliæ ab
 omni munere ac servitio, præterquam militari, immunes, dictæ
 Salicæ, eæque assignatæ Saliis, seu viris Principibus, vel certe ex
 salica gente, quæ primas tenuit inter gentes illas septentrionales,
 quæ in Gallias irruperunt, easque Romanis abstulerunt, aliæ Læ-
 tice, & Lidiales, quæ Lætorum vel Litorum erant, hoc est viro-
 rum obnoxiae conditionis, cuiusmodi fuerunt Læti, vel quos Ro-
 mans appellabant, veteres nempe Galliæ incolæ, quibus assignati
 agri ad culturam, sub certis redhibitionum oneribus. B. Rhenanus
 in Epist. ad Petrum Hellingum: *Franci igitur Victores consuetudi-
 nem Romanorum imitati, ut ipsis nobilibus & veteranis militibus agros
 in quibusdam locis, ut istis habitare licuisset, assignarunt, immunes peni-
 tus & ab omni servitute liberos: iisque dicti Terra Salica. Sic proprie-
 tæ Principum libera & immunia Salicæ terræ nomine solita sunt
 appellari. Salicæ vero terræ ea erat prærogativa, ut cum sub mi-
 litaris obsequii conditione assignata esset, ad mulierem, quæ illius
 prorsus incapax est, pervenire non posset.* Quodammodo con-
 venit DEGRASSALIUS CARCASSONENSIS (f) notans: *Terra Sa-
 licæ dicitur, quæ adbaret corona, ad differentiam allodialis, quæ est sub-
 ditorum. Similiter FERALDUS (g) loquitur: Terra autem Salica di-
 citur, quæ adbaret corona; sapientes sic interpretati sunt, quia autiores,
 dum loquebantur de Aude, intelligebant de terra sive hereditate subdito-
 rum, & ideo ad differentiam terræ allodialis, terram regianæ, Saliam ap-
 pellant. Contra VADIANUS (h) scribit "Enim vero agri in illa
 gente varii juris erant: Fiscalini scilicet, quorum redditus fiscis
 principis deserviebant. Qui donati venditive Monasteriis, Paro-
 chiisve, Ecclesiastici vocabantur, qui hodieque multis in locis, licet
 venditi, & abalienati, & privatæ possessionis facti sint, tamen ea
 servitute laborant, ut quoties venduntur, & novum colonum pos-
 sessorem recipiunt, toties cerra ævis summa Ecclesiæ seu Mo-
 nasterio pendenda sit, in cuius primæva possessione fuerant. Vul-
 go Erschätzige Hofgüter vocamus. Agri Salici seu terra Salica illa
 servitute vacabat: hanc vulgo Fryge Lebengut vocamus. Agros Sa-
 licos*

(f) Regal. Franciæ Lib. I. Cap. 17.

(g) Apud DOMINICUM de prærogativa allod. Cap. VII. §. 4.

(h) De obscur. Alemann. verbor. significat. apud GOLDASTIUM Rer. Ala-
mann. Scriptor. Tom. II. pag. 61.

" licos elocabant nonnunquam certa conditione reddituum & cultu-
 " rae in perpetuam possessionem: nec mutare licebat colonum, aut
 " posteros, nisi paetum aut conditionem violassent, vel non solutis
 " redditibus, vel fundo neglectui habito, vel parte fundi inscio Do-
 " mino distracta aut usuriis recentibus gravata . Idem (i) mox sub-
 dit: " Porro Ecclesiis instituendis & donandis illa saecula mansus fere
 " attribuerunt, in alimoniam videlicet Presbyteri, qui Ecclesiæ im-
 " positus esset. Ea causa id genus mansus Ecclesiis fundatis attribu-
 " tos Kälnhof veteres dixerunt, a stomacho scilicet aut gulæ parte,
 " quam Germanice Kälen appellamus. Durat adhuc vox illa. Man-
 " sus ergo dixerunt Franci & Alamanni ainen Hof, es wäre ain erschätz-
 " ger Hof, oder Erbleben Hof, oder fry und schüpfsteben Hoff. Salica
 " terra erat, ain fry aigen Gut. Hujus possessionem ex hereditate
 " soli adibant, nulla prorsus parte ad foemellas attinente, quemad-
 " modum lege Salica erat cautum . Idem (k) alibi repetit: " Id
 " vero obiter notandum, prædia, quibus servitus ea imposita est,
 " antiquitus bona fiscalia vocata fuisse, quasi ad Fiscum sive æra-
 " rum Principis pertinentia, quæ illorum postea liberalitate, hac ta-
 " men servitutis conditione, recognitionis ergo, si alienari ea con-
 " tigisset, imposita monasteriis donata fuerunt, quæ etiamnum vul-
 " go Ebrschätzige Hoff-Güter nominantur, & vel hac maxime nota
 " a bonis, quæ Salica appellata sunt freye Leben-Güter, discernuntur".
 Porro WENDELINUS (l) terram Salicam interpretatur fundum vel
 prædium, quod Salicus, sive nobilis, & liber homo possidet. Immo
 ECCARD (m) Sal domum, vel eadem curtis præcipuam denotare
 fuisus ostendit, concluditurque: Latinumque nomen: SALICUS hic non
 a Francis Saliis, sed a Germanico SALA, domus formatum est. Sic etiam
 Lex Alamannorum (n) statuit, si quis super aliquem focum in nocte mi-
 serit, ut domum ejus incendat, seu & salam suam, & inventus & proba-
 tus fuerit, omne, quod ibidem arsit, simile restituat, & super bac quadra-
 ginta

(i) Ibid. pag. 62.

(k) De colleg. Lib. II. apud GOLDASTUM Rer. Alamann. Scriptor. Tom.
III. pag. 61.

(l) Apud ECCARD Leg. Francor. Salic. Tit. LXII. §. 6. in Not.

(m) Leg. Francor. Salic. Tit. XIX. §. 8. in Not. & Tit. LXII. §. 6. in Not.

(n) CAP. LXXXI, §. 1, apud BALUZIUM Capitular. Reg. Francor. Tom.
I. pag. 55.

ginta solidos componat. Nec non leges Rotharis (o) habent: *De illis vero pastoribus dicimus, qui ad liberos homines servierunt, & de sala propria excent.* Hinc CHOPPINUS (p) usque adeo adstruit: *Salica terra vocatur alodialis. i. vere propria, patrimonialis, eoque libera, immunis, & que a nullo recognoscitur, proprietas.* Eligat jam dissertator ex omnibus, quocunque ipsi placuerit.

ANTITHESIS LXVIII.

Nos interim iustremus dominicatas, seu salicas decimas, sive decimationes. De his LUDOVICUS GERMANICUS, quem supra (q) adduximus, refert: *ut decimae de dominicatis ejusdem monasterii manus non darentur Episcopis.* Sed ad portam Monasterii darentur in eleemosinam præfati Genitoris nostri & totius prosapiæ ejus, ut videlicet esset, unde ministraretur peregrinis & hospitibus, qui nunquam desunt monasterio. Rursumque refert: *ut de dominicatis mansis vel nunc babitis, vel post acquirendis, a reddendis decimis plenam hoc monasterium habeat immunitatem, nisi sicut haecenus fuit, ut dentur ad portam Monasterii in susceptionem hospitum & peregrinorum.* Quid hæc sibi velint, me hercule non capio. Facile quidem cum CHOPPINO (r) enunciavero, dominatum mansum, terram, & villam esse agrum, terram, vel prædiū, quod beneficii, seu feudi nomine concessum in principiis domino remanserat. Verum, quid illa immunitas, cum tamen monasterium decimas ad portam in susceptionem hospitum, & peregrinorum dare teneretur? Aut forte immunitas eo tendit, ut monasterium alias reditus, ac proventus in susceptionem hospitum, & peregrinorum erogare non haberet? An ergo monasterium, si decimationis caruisset, eundem hospitum & peregrinorum numerum suscepturn fuisset, vel suscipere potuisset? Anve decimæ tam largæ erant, ut monasterium præter eas nil ultra in susceptionem hospitum, & peregrinorum impendere haberet? Sit, ut sit. Decimæ reapse dari debebant. Quantum igitur distabat, num decimæ Principi, numve hospitibus, ac peregrinis darentur? Idem etiam dicendum venit de

B

AR-

(o) CAP. CXXXVI. apud GEORGISCH Corp. Jur. German. pag. 962.

(p) De Domanio Franc. Lib. III. Tit. I, num. 2.

(q) ANTITHESES. XI.

(r) De Domanio Franciae Lib. I. Tit. 2, num. I.

ARNOLFO Rege (s) qui anno DCCCXCIII. abbatiae S. MAXIMINI
 omnes salicas decimationes in usus pauperum peregrinorum conces-
 sit. Idem de HENRICO Aucupe (t) qui anno DCCCCXXXI. Ab-
 bati monasterii, quod vocatur Werdina inter alia indulxit. "Præte-
 " rea quod aliis quoque monachorum cœnobii concessum constat,
 " ut ubicunque dominicatos mansos habuerint, in quocunque sít,
 " Episcopio, vel præfectura, seu etiam provincia, vel regione sít,
 " in omni regno a Deo nobis collato, decimas, quas alii Episcopis
 " solvunt, ad portam monasterii concedimus, & a nemine penitus
 " eas alibi dare cogantur, quatenus inde pro nostra ac totius gene-
 " ris nostri perenni mercede supervenientibus peregrinis & hospiti-
 " bus serviatur". Idem de OTTONE I. (u) qui anno DCCCCCLVI.
 reddidit "venerabili abbatи Willero, cœnobitisque, Deo, Stoque Maxi-
 " mini in ejus provisione sub regula S. Benedicti famulantibus, om-
 " nibusque in posterum eorum successoribus cunctas abbatiae S. Maxi-
 " mini dominicales, quas vulgo *salicas decimationes* vocant, in quo-
 " cunque regni nostri episcopio, parochia, termino sít sive, in
 " usus hospitium peregrinorum & pauperum". Idem de HENRI-
 CO II. sive sancto (x) qui anno MXXIII. cavit: *De ecclesiis vero, &*
de omnibus per totam Abbatiam salicis decimationibus, nulli omnino bene-
ficium aliquod concedi permittimus, sed in usus hospitium, pauperum ac pe-
regrinorum, perpetualiter constituimus atque sancimus. Idem de HEN-
 RICO III. (y) qui anno XLIV. constituit, "ut Popo ejusdem lo-
 " ci, nempe S. MAXIMINI, abbas, suique successores, prænomi-
 " natæ conjugi nostræ, Agneti scilicet, aliisque, post illam Reginis
 " in Regali curia semper serviant & obsequantur, & quia sub Hein-
 " rico Imperatore ea bona illis ablata sunt, unde ad militiam ire,
 " vel nobis in secundo semper anno Regale servitium persolvere,
 " vel unde se siuosque vietitasse videbant, volumus atque constitui-
 " mus, ut quotiescumque ad Curiam Regiam venerint, sive vocati
 " a fue-

(s) Apud GUDENUM *Cod. Diplomat.* Tom. III. Num. II. pag. 1020.

(t) Apud GUNDLING *de Henrico Aucupe* §. XXVI. pag. 175.

(u) Apud GUDENUM *Cod. Diplomat.* Tom. II. Num. II. pag. 2. & apud
 perlustrem D. DE HONTHEIM *Histor. Trevirens. Diplomat.* Tom. I.
 Num. CLXVIII. pag. 288.

(x) Apud ZYLLESIUM *in Defension. Abbat. Imp. S. MAXIMINI Part.*
 III. pag. 29.

(y) Apud ZYLLESIUM *sit. Part. III. pag. 94.*

—

“ fuerint, de Regia mensa pascantur, & in curiales & domesticos
“ Regis & Reginæ non infimi semper habeantur, sicut revera Ma-
“ gistros ac provisores illius Ecclesiæ decet, per quam Regum &
“ Imperatorum Conjuges in regnum & Imperium semper conse-
“ crari & confirmari videbuntur. Constituimus præterea, & ad
“ præbendam fratrum, inibi Deo famulantium, specialiter delega-
“ mus, quidquid sub temporibus Caroli, prout ipse disposuit, alio-
“ rumque prædecessorum nostrorum Regum vel Imperatorum ad
“ peculiaritatem illorum pertinere cognovimus, id est, has Ecclesias
“ Gozoluesheim, AlbUCHO, WieldeSTEIN, Wienheim, Diedenhouun,
“ Winwelde, insuper omnes S. Maximini Ecclesias cum decimis &
“ decimationibus, & omnes salicas decimationes, quas in usus hos-
“ pitum, peregrinorum ac pauperum destinamus „. Haud æque ta-
“ men laudatus supra ARNOLFUS (b) anno DCCCXCVII. dispo-
“ suit. “ Qualiter ego interventu dilectissimæ meæ Conjugis VTÆ,
“ & ob petitionem fidelium nostrorum HATONIS videlicet Mo-
“ guntiensis archiepiscopi, & Diotholabi Wormatiensis Episcopi, de-
“ cimationem totius nostræ Salicæ terræ in his locis: Alcea, &
“ Scathuson, & Vlvenesheim, & Rogkenhuson, & in villis ad Rog-
“ kenhuson pertinentibus, ad altare Sancti Petri principis Apostolo-
“ rum in Civitate Wormatia tradidi: de Gunzenfundi usque in me-
“ diam Liutram decimum denarium, & decimum porcum, & deci-
“ mum pullum, & decimum maltrarium de silva, & si quando ex-
“ stirpata fuerit, decimum manipulum, & in pratis decimam Kar-
“ radam fœni, & cæterarum rerum, quæ merito decimari possunt,
“ decimam potestativa manu donavi & absque contradictione firmi-
“ ter corroboravi, ob memoriam mei, & Erinfredi Comitis, & Adal-
“ gundæ suæ conjugis, quorum eadem prædia antea fuerant, donec
“ legaliter in palatio Frankfurt, judicio jure, ad nostrum do-
“ minium fiscata sunt „. Non minus CONRADUS II. (a) anno
“ MXXVI. testatus est. “ Qualiter Poppe venerabilis Abbas ex Mo-
“ nastorio S. Maximini, qui in suburbio Trevirorum corporaliter
“ quiescit, quasdam præceptiones nostris obtutibus obtulit, in qui-
“ bus continebatur, quod Prædecessor noster Henricus videlicet Im-
“ perator

(z) Apud SCHANNAT *Histor. Episcop. Wormat.* Tom. II. pag. 10. Num. XI.

(a) Apud ZYLLESIUM cit. Part. III. pag. 32. & apud perinlustrem D.
DE HONTHEIM cit. Tom. I. Num. CCXXV. pag. 361.

" perator Excellentissimus ex præfata Abbatia Curtes aliquas & pos-
 " sessiones quam plurimas usque ad sex millia, sex centos, quin-
 " quaginta sex mansos, ut verius computari potuit, progrediens
 " abstulit, & quibusdam fidelibus suis ea ratione beneficiaverit, ut
 " ipsi & hæredes eorum pro eodem abbate, successoribusque ejus
 " Regalem Curiam peterent, & in expeditionem irent. Abbas ve-
 " ro suique successores ab omni expeditione, & a Regali servitio
 " Imperiali prædicti Imperatoris constitutione, liberi omnino existe-
 " rent, relictis videlicet illis & specialiter delegatis quibusdam cur-
 " tibus & Villis ac Ecclesiis omnibus ubicunque in S. Maximini pre-
 " dio jacentibus, cum cunctis salicis decimationibus, unde necessaria
 " tantummodo suis deberent procurare fratribus ". Similiter HEN-
 RICUS IV. (b) anno MLXXIII. litem inter Archiepiscopum Mogun-
 tinum, & Abbates Herfeldensem, & Fuldensem quadam ex parte
 ita composuit, ut omnes dominicales Archiepiscopi curtes, in quaunque
 essent parochia, penitus decimarum exactione immunes manevant. Immo
ANSHELMUS Laureshamensis ecclesiæ abbas (c) perhibet. " Dux
 " vero partes omnium decimarum ad Ecclesiam Furde aspicientium
 " sunt in manu præpositi præter salicas decimas, quæ respiciunt Lau-
 " rensem portarium, & præter decimas in Erlebach, quæ ad villicationem
 " in Furde pertinent: ex quibus idem villicus fratribus in Abrinsberg
 " uno anno Caldarium, altero patellam in festo omnium sanctorum
 " exhibeat ". Dein SALOMON junior Constantiensis Sedis Epis-
 copus (d) statuit "ut venerabili Abbari & fratribus prædicti mona-
 " sterii (videlicet S. GALLI) decimam in subnotatis locis, sicut il-
 " lius temporis in illorum erat vestitura, concederemus, hoc est in
 " Mechingen simul cum Salica terra & hobi, ouæ Canonicis per-
 " tinebant; & in Heminhofen cum Salica terra & hobi: & in Gol-
 " dahun cum salica terra, simul cum illa hoba, quæ illi adjacer,
 " cuius decima tunc in mea vestitura erat: quod & ita feci, ea sci-
 " licet ratione, ut mihi contra donarent, quicquid in Lienzwilare
 " habuissent, & in villa Buoch hobam unam & in Syrnaha curti-
 " lem

(b) Apud HARTZHEIM Concil. German. Tom. III. pag. 163.

(c) Apud FREHERUM Origin. Palatin. Appendic. p. m. 42. & apud TOL-
NERUM Histor. Palatin. Cod. Diplomat. Num. XXI. pag. 16.

(d) Apud GOLDASTUM Rer. Alamannic. Scriptor. Tom. II. Num. XXVIII.
pag. 34. & Tom. III, pag. 67.

" lem unam simul cum adjacente prato, & quicquid habuissent in
 " silvicola, quæ dicitur Tegeramos inter Syrnaha & Gloten: quod
 " & ita fuere „. Ac tandem HARTMOTUS abbas Monasterii S.
 GALLI (e) refert: " Plurimis cognitum sit, qualiter Erlebaldus de
 " Prisicauge omnes res proprietatis suæ, quas habebat in Vfhusun,
 " & in Merishusa Marcha, & in Vuitrachomarcha, & in Vuitu-
 " novva marcha, tam marchis, quam ædificiis, excepta domo fali-
 " ca, curtilibus, terris, pratis, vineis, silvis, aquis, aquarumque
 " decursibus, cultis & incultis, omnia ex integro pro remedio ani-
 " mæ suæ nobis tradidit, in ea ratione, ut nos easdem res statim
 " habeamus, & ex illis faciamus, quidquid voluerimus: & ille a no-
 " bis accipiat in beneficium tempus vitæ suæ, quod habemus in
 " Maingas, excepta salica terra nisi IV. jugera ex ipsa. Post illius
 " vero obitum easdem res cum omni laboratu, qui in illis tunc
 " appetet, redeant ad nos in ævum possidendæ „. Num ECCARD
 (f) inde recte derivet: *Decimæ domui berili adhærentes etiam Salicæ*
audiebant, impræsentiarum haud discutiemus. Illi tamen potius asti-
 pulabimur, quam perinlustri D. DE HONTHEIM (g) notanti: *Igi-*
tur cum Imperator salicas decimationes in dominicum convertit, noluit &
prædia amplius esse beneficiaria. Etenim juxta adducta dominicatae, seu
 dominicales decimæ simul & vulgo vocabantur salicæ. Ergo voca-
 bula illa non erant opposita, sed synonyma, sive, ut philosophi lo-
 quuntur, termini convertibiles. Cui enim decimæ dominicales, sive
 salicæ pensitabantur, nisi, ut CARPENTIER (h) observat, domino
 prædiis, quod ab illo in beneficium concessum erat? Hinc facile qui-
 dem dissertatori dabimus, decimas terris dominicalibus, seu domi-
 nicatis, seu salicis impositas, aut cameræ regiæ, aut iis, queis Rex
 assignaverat, loco annuæ recognitionis fuisse solvendas. Concede-
 mus pariter, terras hasce dominicales, seu dominicatas, seu salicas
 onere solvendi decimas ecclesiasticas, queis aliæ terræ subjiciebantur,
 fuisse immunes. Verum quid ultra?

ANTI-

(e) Apud GOLDASTUM cit. Tom. II. Num. LXXIV. pag. 51.

(f) Leg. Francor. Salicar. Tit. LXII. §. 6. in Not.

(g) Cit. Tom. I. Not. a. pag. 288.

(h) In Glossar. Nov. Voc. Decimæ Salicæ. seu Tom. II. pag. 22.

ANTITHESIS LXIX.

Dum igitur (sic dissertatori inferre lubet) (i) Reges, ac Principes decimas hasce, aut dominicales in alios transtulerunt possessores, eas, quas Fiscus regius percipiebat, non quæ forte adhuc emergere poterant, concessisse censendi sunt. Quandoquidem sic inferre placuit, & interrogare liceat, quid dissertator per decimas, quas fiscus regius percipiebat, indigatare amet, vel decimas realiter, sive ipsos fructus quot annis percipiendos, vel jus decimandi, seu percipiendi fructus? Ubi primum, novitus omnino dici meretur saccarius, qui nec multo tempore munus obiit, nec novit, uno anno plures fruges crescere, quam altero. Veteranus namque memor enarrabit, quot medimnos adoris, tritici, hordei, aut avenæ hoc, & quot altero anno collegerit. Quid si itaque fiscus regius altero anno centum medimnos adoris, sexaginta tritici, viginti hordei, & quinquaginta avenæ, altero contra octoginta adoris, septuaginta tritici, decem hordei, & quadraginta avenæ, & sic consequenter perceperit, quot medimnos novus possessor postulabit? Qui etiam Rex, Principesve, decimas Salicas in alium transferens, quot annis tot medimnos adoris, tot tritici, tot hordei, & tot avenæ concedere, sive assignare potuit?

Spectatum admissi risum teneatis amici (k)
Ubi ergo alterum, quid tum illud jus decimandi, seu percipiendi, complectitur? Vel id circumscriptum, ac decimæ novales exceptæ sunt, vel non. Si primum, litera concessionis ad amissum oblervanda venit. Sin alterum, beneficium principis, quod a divina scilicet ejus indulgentia proficiscitur, quam plenissime interpretari debemus (l). Immo in beneficiis quoque plenissima est interpretatio adhibenda (m), videlicet quando agitur de præjudicio concedentis, & non de præjudicio tertii (n). Hinc & INNOCENTIUS III. (o) Leodiensi

(i) *Sext. II. §. 30.*

(k) *HORATIUS de arte poet. v. 5.*

(l) *L. 3. II. de Constitut. Princip. & Cap. 16. X. de V. S.*

(m) *Cap. 6. X. de donat.*

(n) *BARBOSA Axiomat. XXXVI. num. 2. Et in Collectan. in Cap. 6. num. 6. X. de donat. VIVIANUS Rational. Jur. Pontif. Lib. III. Tit. 24. Cap. 6. & GONZALEZ TELLEZ in Comment. in Cap. 6. num. 5. X. de V. S.*

(o) *Cap. 22. X. de privileg.*

dienisi Archiepiscopo respondit. "Quod si decimorum illarum re-
 "missio facta extitit secundum canonicas sanctiones, prædecessor
 "tuus indefinite decimas Episcopales monasterio remittendo (cum
 "nihil excepitur, & potuerit excepisse, ac in beneficiis plenissima
 "sit interpretatio adhibenda, nec debeat una eademque substantia
 "diverso jure censeri) intellexisse videtur, non solum de decimis
 "possessionum illius temporis, sed futuri,. Ecqua de causa? Quia
 (respondebat GONZALEZ TELLEZ (p)) agebatur de interpretatione
 similis exemptionis contra ipsum concedentem, episcopum videlicet
 successorem in dignitate. Cum enim illo tempore concessionis clau-
 sula indefinite usus fuerit, cum potuisset apertius exprimere: se tan-
 tum de decimis præsentibus sentire, ideo contra eum interpretatio
 lata sit, æque ac latam JUSTINIANUS (q) adhibuit, ad conservan-
 dam contrahentium voluntatem fanciens, ut si res suas supponere debi-
 tor dixerit, non adjecto, tam præsentes, quam futuras, jus tamen ge-
 neralis hypothecæ etiam ad futuras res producatur. Ergo & contra eum,
 qui decimas indefinite in feudum concessit, facienda interpretatio,
 ita, ut non tantum præsentes, sive ordinariæ, verum etiam futuræ,
 seu novales concessæ dicantur, eo quod concedens tempore conces-
 sionis apertius loqui potuerit. Dein idem INNOCENTIUS III. (r),
 abbatii sanctæ Columbae respondit: Cum igitur tibi, quod majus est, sit
 concessum, ut videlicet decimas de laboribus terræ parochiarum tuarum cum
 integritate percipias, de novalibus eius exigere satis potes: quia ubi majus
 conceditur, minus concessum esse videtur. Ecqua de causa? Quia in eo,
 quod plus est, semper inest & minus (s). Inesse vero, ut JACOBUS
 GOTHOFREDUS (t) commentatur, dicuntur, ut & contineri, quæ
 ita partem alicujus rei constituunt, ut sub nomine totius & ipsa per
 se conserventur, & totum ipsum in se conservent, & toto inclu-
 dantur. Jam vero novalium decimæ teste BOEHMERO (u) partem
 & quidem minorem pleni juris decimandi ita constituunt, ut totum
 ipsum, nempe plenum jus in se conservent, totoque includantur.
 Qui enim totum, seu plenum jus decimandi concipi valet, nisi nova-

lium

(p) In Comment. in cit. Cap. 22. de privileg.

(q) L. ult. Cod. Quæ res pignor.

(r) Cap. 27. X. de decim.

(s) L. 110. II. de R. I.

(t) De divers. regul. jur. Coll. XI. L. 110.

(u) In uot. in cit. Cap. 27. X. de decim. num. 66.

lium decimæ illi substernantur? Ergo quoniam, ut VIVIANUS (x) ratiocinatur, plus est concedere decimas præsentes de laboribus terræ alicujus parochiæ, quam decimas futuras novalium terræ existentis intra eandem parochiam *ut in tex.* & *Sup. c. ad audienciam.* Ideo concessio facta personæ Ecclesiasticæ de decimis terræ existentis intra aliquos confines, comprehendit etiam decimas novalium terræ sitæ intra eosdem fines. Demum idem INNOCENTIUS III. (y) Episcopo Beluacensi respondit. "Cum in tua diœcesi quædam monasteria & conventuales Ecclesiae, in multis parochiis majores decimas percipient, & minutæ, de quibusdam fructibus annuatim perceptis non fuerunt decimæ persolue: Respondemus, quod si fructus prædicti de illa terra proveniunt, de qua Monasteria vel conventuales Ecclesiae, aliquos percipiebant ratione decimarum proventus: eis procul dubio decimæ fructuum debentur eorum, cum ipsis terra illa ab antiquo fuerit decimalis, & non debeat una eademque Ecclesia diverso jure censer: alioquin parochialibus Ecclesiis exsolvantur, ad quas de jure communi spectat perceptio decimarum .. Ecqua de causa? Quia una & eadem res non debet diverso jure censer, quando eadem militat ratio, & idem consideratur respectus. (z) Jam eadem militat ratio, atque idem consideratur respectus, si monasterium, & conventionalis Ecclesia, quæ majores, & minutæ decimas hucusque percepit, etiam percipiat decimas fructuum, de quibus decimæ annuatim non fuerunt persolue. Ergo eadem ratione, qua debentur monasterio decimæ majores, & minutæ, eademi ratione decimæ fructuum, de quibus decimæ annuatim datae non fuerunt, eidem adscribi, atque adjudicari deberent. Sic etiam novalium decimæ parochiali ecclesiæ ideo debentur, quia perceptio decimarum ad eandem ecclesiam pertinent, prout HONORIUS III.(a) hisce docet: *Cum ergo perceptio decimarum ad parochiales Ecclesiæ de jure cum-*

(x) Rational. Jur. Pontif. Lib. III. Tit. 30. Cap. 27.

(y) Cap. 30. X. de decim.

(z) BARBOSA in Collect. in cit. Cap. 30. X. de decim. num. 3.

(a) Apud GONZALEZ TELLEZ in Comment. in cit. Cap. 30. X. de decim. num.

Huic conformiter BOEHMERUS in Not. ad Cap. 25. X. de decim. num. 46. notat: Ut plurimum tamen in Germania novales sibi vendicat decimas, qui de jure universo decimarum investitus est, ut dicere soleant: Der Behunden folget dem Pflug, h. c. decimas sequuntur aratrum.

communi pertineat, per quod decimæ novalium, quæ fuerint in parochiis eārumdem, ad ipsas spectare noscuntur: tibi & Ecclesiæ tue prædictorum novalium decimas indulgemus. Si ergo decimæ indefinite, sive etiam ordinariæ in feudum concessæ, ac novalium decimæ expresse non reservatæ, sive exceptæ sint; juxta supra adduēta & novales subintelligendæ veniunt.

ANTITHESIS LXX.

Haudquaquam etiam refragatur sœpe laudatus INNOCENTIUS III. (b) definiens: *Nec occasione decimationis antiquæ (licet in feudum decimæ sint concessæ) snt decimæ novalium usurpandæ, cum in talibus non sit extendenda licentia, sed potius restringenda.* Etenim juxta communem interpretum sententiam (c) Pontifex loquitur de laico, qui decimas in feudum habet. Cum enim perhibente ALEXANDRO III. (d) decimas a laico possideri adeo odiosum sit, ut, si quis alicui laico in seculo remanenti, ecclesiam, decimam, oblationemque concesserit, a statu suo, sicut arbor, quæ inutiliter terram occupat, succidatur; annon concessio decimarum laico in feudum facta juxta primas juris regulas potius restringenda, quam quodam modo erit extendenda? His vestigiis inhærens ALEXANDER III. (e) ulterius statuit: *Nec pro eo, quod forte in aliquibus parochiis omnes majores decimas, seu partem illarum acquirunt, de manibus Laicorum, possunt pro eadem vel simili portione (si de novo postmodum fiant novalia) in eisdem petere, vel percipere novalium decimas eorundem.* Sicut namque occasione antiquæ decimationis novalium decimæ ad laicum non pertinent, ita etiam laici plus juris in alium transferre nequeunt. Verum quis odiosas hasce limitationes ad laicale, seu seculare feudum decimarum extenderit?

C

ANTI-

(b) Cap. 25. X. de decim. Illud est pars integra Decretalis, quam GONZALEZ TELLEZ Lib. III. Tit. XXX, Cap. 25. X. de decim: refert

(c) Ipsum Rubrum a BOEHMERO in Corp. Jur. Canon. Lib. III. Tit. 30. Cap. 25. §. Nec occasione recentum habet: *Decimas novalium non pertinent ad Laicum, qui decimas habet in feudum.* Conferantur simul VIVIANUS Rational. Jur. Pontif. Lib. III. Tit. 30. Cap. 25. §. Nec occasione. BARBOSA in Collectan. in Cap. 25. §. Nec Occasione X. de decim. SOELL de decim. noval. Part. I. num. 84. nec non celeberrimus STRUBEN & tebene

: Stundens Th. V. Abb. 35. §. 10.

(d) Cap. 17. X. de decim.

(e) Cap. 2. §. 6. de decim, in 6.

— — — — — ANTITHESIS LXXI.

INDE UNO VELUT IETU CORRUUNT CUNCTA, QUAE D. ADOLPHUS LUDOVICUS BOEHMERUS (*f*) IN CONTRARIUM CONGLOMERAVIT, ARGUMENTA. IMPRIMIS ENIM HAUD CAPIO, QUID SIBI VELIT: *Jus videlicet decimandi duplum significatum servat, generis & speciei, & uterque significatus veteris ævi satis comprobatur.* EQUIDEM BENE NOVI, JUXTA LOQUELAM PHILOSOPHORUM GENUS IN SUAS SPECIES DISTRIBUTUI, ATQUE IN SUIS SPECIEBUS CONSERVARI. SIC HOMO DICITUR ANIMAL, & BRUTUM DICITUR ANIMAL. SIC MAS DICITUR HOMO, & FEMINA DICITUR HOMO. SIC PARITER DECIMÆ ECCLESIASTICÆ DICUNTUR DECIMÆ, & DECIMÆ PROFANÆ, SEU LAICALES DICUNTUR DECIMÆ, SIC DECIMÆ REALES, SEU PRÆDIALES DICUNTUR DECIMÆ, & DECIMÆ PERSONALES DICUNTUR DECIMÆ. SIC DECIMÆ MAJORES DICUNTUR DECIMÆ, & DECIMÆ MINORES DICUNTUR DECIMÆ. SIC DECIMÆ ORDINARIAE DICUNTUR DECIMÆ, & DECIMÆ EXTRAORDINARIAE DICUNTUR DECIMÆ. SIC TANDEM DECIMÆ ANTIQUÆ DICUNTUR DECIMÆ, & DECIMÆ NOVALIUM DICUNTUR DECIMÆ. CONTRA JUS DECIMANDI, SIVE, UT D. BOEHMER INNUERE VIDETUR, JUS PERCIPENDI DECIMAS ANTIQUAS SERVARE SIGNIFICATUM GENERIS, & SPECIEI QUIS PHILOSOPHORUM CAPIET, QUISVE EXPONET? QUIS PROINDE CUM D. BOEHMERO INFERET: *Is feudo decimarum simpliciter dato nulla indicia intervenire puto, de quibus decimas in significatu generali acceptas esse colligi possit.* HINC SVICETUS SIGNIFICATUS TANTO MAGIS EST SEQUENDUS, CUM SIT SPECIALIS & PROPRIUS DECIMIS PRESENTIBUS AGRISS INHARENTIBUS ACCOMMODATUS? ALIOQUIN ADHUC LONGE RECUTIUS INFERRE LICERET, CONCESSIONEM DECIMARUM IN FEUDUM IN STRICTO SIGNIFICATU POTIUS DE NOVALIBUS, QUAM DE ANTIQUIS DECIMIS ACCIPIENDAM ESSE, EO QUOD SECUNDUM ALLEGARAM A D. BOEHMERO JURIS REGULAMI, IN DUBIO SIVE IN OBSCURIS MINIMUM SEQUENDUM SIT. ADEOQUE ETIAM INFERRE LICERET, CONCESSIONEM DECIMARUM IN STRICTO SIGNIFICATU DE DECIMIS PERSONALIBUS, MINORIBUS, ATQUE EXTRAORDINARIIS ACCIPIENDAM ESSE. DEIN CONTINEAT USQUE ADEO INFEDATIO DECIMARUM FORMAM AMBIGUAM, QUAE JUS MAJUS AQUE, AC MINUS DENOTARI POREST, ANNON TUM SECUNDUM SUPRA ALLATAS LEGES, AC CANONES IN BENEFICIIS PLENISSIMA INTERPRETATIO ADHIBENDA, & CONTRA DOMINUM, SEU LARGITORREM PRONUNCIANDUM, EO QUOD NIHIL EXCEPERIT, ATQUE EXCEPILLE POTUERIT? TANDEM DE JURE COMMUNI NOVALIUM DECIMÆ AD PAROCHIALES ECCLE-

(*f*) *De feudo decimarum §. XIV.*

ecclesiis ideo pertinere noscuntur, quia perceptio decimarum ad ipsas pertinet. Quod si ergo dominus seu largitor juri communi se-
se conformasse præsumendum sit, non solum antiquas, sed & nova-
les decimas concessisse videtur, quippe cum observante FRIDE-
RICH (g) non major ratio sit, cur contineantur decimæ antiquæ ex
agris non novalibus, quam novæ ex novalibus, siquidem agri nova-
les æque sunt prædia propria, quam agri ab antiquo culti.

ANTITHESIS LXXII.

Quod si demum dissertatori (h) lubet invocare PROCULUM (i)
respondentem: "Rutilia Polla emit lacum sabatenem angula-
" rium, & circa eum lacum pedes decem: Quæro nunquid & decem
" pedes, qui tunc accesserunt, sub aqua sint, quia lacus crevit, an
" proximi pedes decem ab aqua Rutiliæ Pollæ juris sit? Proculus
" respondit: Ego existimo, eatenus lacum, quem emit Rutilia,
" Polla, venisse, quatenus tunc fuit, & circa eum decem pedes,
" qui tunc fuerunt: nec ob eam rem, quod lacus postea crevit,
" latius eum possidere debet, quam emit". Opponam ego POM-
PONIUM (k) perhibentem. "Si servitus imposita fuerit, lumina,
" quæ nunc sunt, ut ita sint, de futuris luminibus nihil caveri vide-
" tur: quod si ita sit caustum, ne luminibus officiatur, ambigua est
" scriptura: utrum ne his luminibus officiatur, quæ nunc sunt, an
" etiam his, quæ postea quoque fuerint? Et humanius est, verbo
" generali omne lumen significari, sive quod in præsenti, sive quod
" post tempus conventionis contigerit. Futuro quoque ædificio,
" quod non dum est, vel imponi vel adquiri servitus potest". Quid
igitur? Num jureconsulti sibi contradicunt? Ita videatur disserta-
tori, minime autem mihi. Jam dudum enim didici, lacus non ha-
bere caussam perpetuam. Licet enim interdum crescant, interdum
exarescent, suos tamen terminos retinent. Ideoque in his ius allu-
vionis non adgnoscitur (l), neque ex lacu concedi aquæ ductus po-
test.

C 2

(g) Quæst. Canonic. de decim. num. 195.

(h) §. 30. pag. 91. lit. a.

(i) In decantata L. 69. II. de contrah. empt.

(k) In L. 23. II. de S. P. U.

(l) L. 12. II. de adquir. rer. domin. &c L. 24. §. 3. II. de aqua & aquæ pluv.

test. (m) Contra non implicat, post conventionis tempus nova lumina, sive fenestras fieri. Hinc conventio generalis sive indefinita ad futura lumina eo humanius extendetur, cum verba haud omnino repugnant. (n) Proinde tempus contractus juxta substratum materialiam, adjuncta, atque opportunitates spectari oportet.

ANTITHESIS LXXIII.

Quis jam ex supra adductis ulterius inferre dubitabit, novarium decimas ad eum pertinere, cui decimatio salica seu dominicalis concessa fuit, praeceps cum allata a dissertatore (o) diplomata minus, quam contrarium cantent? Dum namque diploma LUDOVICI PII (p) habet: "Sed idem Episcopus sive successores decimas infra terminum sui episcopii ceterasque res sue Ecclesiae, quas modo possidet, vel deinceps adquisierit quieto ordine obtineat & gubernet. Exceptis decimis dominicalium, monachis & sanctimonialibus pertinentium, quod nos foravuerch vocamus, quas pater noster Hludovicus de eodem episcopatu per cambiam adquisivit, & ad pauperum sustentationem in peregrinorum receptionem jam dictis monasteriis tradidit. Servi autem ipsorum, & liberi, & cujuscunque conditionis coloni decimas, ut ceterorum in Saxonia jus est episcoporum, secundum Karoli institutio- nem episcopo pleniter offerant". Num vel unico verbo indigit, novales haud deberi ei, cui decimatio salica seu dominicalis concessa fuit? Dum diploma ARNOLFI Regis de anno DCCCLXXXIX. (q) habet: "Qualiter vir venerabilis episcopus, & fidelis noster nomine Egilmarus Osnebruggensis ecclesiæ præfus, nostram adiut serenitatem, querimoniam faciens, se fuosque multa mala & vias oppressiones de judicibus illius regionis pati, & tolerare, maximam autem destitutionem habere de decimis, que ad eandem Osnebruggensem ecclesiam in honore sancti Petri principis Apostolorum a magno & illustri viro Karolo primitus in provin-

(m) L. 28. II. de S. P. U.

(n) L. 51. §. 1. II. de hered. instit.

(o) §. 32. pag. 93. lit. a.

(p) Apud D. MOESER Osnabrückischer Geschichte Th. I. Urkunde VI. Bl. 11.

(q) Apud D. MOESER Th. I. Urkunde VII. Bl. 13.

" tia Uueſtſala fundatam, & a venerabili Agilfrido Leodicensi epis-
 " copo consecratam, & eisdem decimis dotatam canonica auctoritate
 " servire debuissent maximas ſcilicet quantitate & numero decima-
 " rum. partes ad eandem ſedem ex debito pertinentes inter mona-
 " chos Huxilienses & puellas Herifordenses jurgioso & injusto no-
 " strorum Antecessorum conſpiramine diſiſas eſſe, ob hoc maxime
 " ſe nullum regale ſervitium extra vel jus ecclesiasticum infra ejus-
 " dem episcopatus confinia poſſe perſicere, ob hanc cauſam, ut ei-
 " dem Eccleſiae ſuæ noſtræ libertatis & immunitatis præceptum fie-
 " ri decreviſſemus, poſtulavit per quod res & potefates, que ſuo
 " epifcopio jure debentur, firmitius ac plenius per noſtrā auctoritatem
 " habere valuiſſet .. Num vel ullam decimationis Salicæ, ac
 novalium mentionem facit? Dum diploma OTTONIS II. de anno
 DCCCCLXXVII. (r) habet: "Qualiter nos interventu ac petitione
 Liudulfi venerabilis videlicet epifcopo cuidam Herigifo nuncupato
 quicquid ipſius Liudulfi beneficio aut data aut munere ſeu ipſius
 adquifitione in locis ſubnotatis riſlaun. reaſford. uanhula. girithi.
 treli. hiruthnun. bircfeld. muliun. liætrichi. hanetiutinge. ainghem.
 vuullen. alfhufon. marfunnon adhuc ſuus poſſidebat in perpetuum
 proprietatis uſum prædicto heregifo donavimus, cum curtilibus,
 mancipiis, ædificiis, terris cultis, & incultis, pratis, paucis, fil-
 vis, aquis aquarumve decurſibus, molendinis, pificationibus, viis
 & inviis, exitibus & reditibus, queſitis & inquirendis ac cum om-
 nibus jure ac legitime ad prædicta remanentibus loca, ea videlicet
 ratione, ut liberam deinde habeant potefatrem tenendi, donandi.
 vendendi, commutandi, aur poſteris quibuscumque in donarium
 linquendi ſeu quicquid ſibi libuerit exinde faciendi .. Num inſi-
 nuat, novalium decimas non deberi ei, cui decimatio ſalica, ſeu do-
 minicalis confeſſa eſt? Dum diploma S. HENRICI de anno MVI.
 (s) habet: "Contulimus præterea ad ſupra dictam ſedem epifcopa-
 lem, videlicet Bambergensem, prædia, Eccleſias, viros cum om-
 nibus ſuis pertinentiis, ſive adhærentiis, videlicet utriusque ſexus
 mancipiis, areis, ædificiis, terris cultis, viis & inviis, exitibus &
 reditibus, queſitis & inquirendis, filvis & fagenis, venationibus,
 pratis, paucis, campis, forestariis, cellariis censibus, aquis, aqua-
 rumque

(r) Apud D. MOESER Th. II. Urkunde XVII. Bl. 10.

(s) Apud HARTZHEIM Concil. German. Tom. III. pag. 34.

rumque decursibus, molendinis, mobilibus, & immobilebus, & ceteris omnibus, quam rite scribi, aut appellari possunt, quomodo libet utilitaribus, praesenti nostrae auctoritatis edicto statuentes; ut in Deo nobis dilectus, saepe dictæ Sedis episcopus, Eberhardus, sui successores, liberam de hinc habeant potestatem; eadem præscripta bona cum omnibus appendiciis suis tenendi, possident di, seu in quoslibet usus Episcopatus convertendi. An narrat de decimationibus Salicis, ac novalibus? At bina posteriora diplomatica loquuntur de terris cultis, atque incultis. (t) Quid amplius? An ideo terræ illæ cultæ, atque incultæ simul erant terræ salicæ, seu dominicales? Dabimus hoc, Quid porro? Audivimus supra (u) terras dominicales, seu dominicatas, seu salicas onere solvendi decimas ecclesiasticas; queis aliæ terræ subjiciebantur, immunes, contra decimas de illis, Regibus, aut cameræ regiae, aut iis, queis Rex illas assignaverat, solvendas fuisse. Ponamus jam terras istas cultas, atque incultas simul fuisse salicas. Ergo possessor, seu cui terra salicæ concessæ erant, decimas dare debebat Regi, aut cameræ regiae, aut ei, cui Rex illas decimas assignaverat, aut nulli, si nempe Rex possessori decimas pariter remisisset. Quænam vero inde argumentatio ad decimas salicas? Si Rex alicui decimas salicas beneficii nomine concederat, nunquid tum beneficiarius illas decimas percipiebat? Quasnam vero? Nonne easdem, quæ ante competebant Regi? Quænam autem competebant Regi? Nonne tam novales, quam antiquæ? Quis dubitaverit? Ergo & beneficiario; tum quia beneficio principis plenissima interpretatio convenit; tum quia concedens non excepit, & excipere potuit; tum quia ubi majus concessum, ibi & minus concessum esse videtur. Miretur nunc non quodam assentationis aut novitatis studio, sed solo veritatis amore, jurisque dictamine impulsus dissertator ridiculum (x) murem, qui de eo natus est.

ANTI-

(t) Terminus iis temporibus maxime usitatus, atque in diplomatibus obvius.

(u) ANTITHES. LXVIII.

(x) Annon etiam ridiculum, si dissertator antestari ait notissimum ESTOREM qui cit. loc. nimurum in der Teutschen Rechtsgelahrheit Th. III. § 482. Bl. 390. diserte scribit "Der Herren-Zehnte ist, in Ermangelung der besonderen Zehent-Ordnungen, Gedinge, Verjährung sc. nach dem herkommen zu leisten. Derselben ist derselbe von einem Dorfe, welches zeither den

ANTITHESIS LXXIV.

Ipse contra audentior it, atque usque adeo urget, (y) dominum territorialem non solum novales dominicales, seu salicas, verum etiam omnes in toto territorio suo, adeoque etiam iis in districtibus, ubi decimæ ordinariae primitus assignatae fuerunt ecclesiis, emergentes, sibi, ac cameræ suæ vindicare posse. Qua vero ratione? Primo ait; certum est, necessitatem solvendi decimas ecclesiæ ministris proprie solis imperantium legibus, piæque eorum in ecclesiis, clementumque voluntari origine tenus esse adscribendam. Nos, qui de origine, atque obligatione decimarum jam tum supra legimus, heic actum agere nolumus, sed tantummodo addemus, dissertatorem non cum veris catholicis, sed potius sentire cum hæretico Wicleffo, qui non solum referente Concilio Generali Constantiensi de anno MCCCCXIV. (z) docuit: *Decimæ sunt puræ eleemosynæ, & parochiani possunt propter peccata prælatorum suorum ad libitum auferre eas;* Verum etiam teste WALDENSI (a) repertis, decimas esse puras eleemosynas, & nullo jure deberi sacerdotibus. Verorum Catholicorum contra vox, atque assertio est, decimas deberi jure ecclesiastico, prout pater ex S.S. Patribus, Canonibus, ac Conciliis, & novissime ex Concilio Tridentino (b) perhibente: *Cum decimarum solutio debita sit Deo,*

den Kraut- und Rüben-Zehnten geliefert hat, auf andere Dörfer, welche denselben niemahls abgetragen haben, noch von den Küchen-Zehnt-Grüchten auf andere Arten der Früchte, welche dergleichen nicht sind, auszudenken, noch auf andere Mecker, welche man erst neuerlich zum Anbau zubereitet, zu erstrecken.

(y) §. 34.

(z) Apud CABASSUTIUM *Notit. Ecclesiast. Sac. XV.* pag. 604. *Propos. 18.*

(a) *De Doctrin. Fidei Lib. II. Art. 3. Cap. 64. & 65.*

(b) *Sess. XXV. de Reformat. Cap. 12. Conferatur Cardinalis BELLARMINUS de Controvers. Christian. Fidei Tom. II. Lib. I. Cap. 25.* qui plura congesit concilia, videlicet Aurelianense I. Matisconense II. Forojuaniense, Mogantinum tempore Caroli M. Mogantinum sub Rabano, Mogantinum tempore Regis Arnulphi, Remense tempore Caroli M. Valentini tempore Lotharii, Arelatense IV. Cabilonense II. Metense, Triburiense, & Lateranenae sub Innocentio III. Conferatur pariter SUAREZ de veritate, & statu Religion. Tom. I. Lib. I. Cap. 11. num. 3. qui usque adeo scribit, allatam Catholicorum assertionem de fide esse.

Deo, & qui eas dare noluerint, aut dantes impediunt, res alienas invadunt.
Effatum hocce fortassis dissertator etiam inter larvas referet, queis
fabulatore dissertatore (c) vel maxime capiendi erant Saxones, qui
uti omne tributorum genus abhorrebat, ita decimas sub specie tri-
buti sibi præfigurabant. Pol vereor, ne ejusmodi propositiones
æque, ac in sacra Constantiensi Synodo WICLEFFI articulis conti-
git (d) si non hereticæ, ad minimum erroneæ, scandalosæ, piarum
aurium offensivæ, temerariæ, & seditiosæ (e) declarandæ veniant.

Inte-

(c) *Cit. §. 34. pag. 96. lit. a.* Undenam autem hæ larvæ depontræ sunt,
mibi hucusque reperire non licuit. Ipsa CAROLI M. verba apud
HARTZHEIM Concil. German. Tom. I. pag. 259. habent, "Noverint
" omnes Christi fideles, quod Saxones, quos a progenitoribus nostris
" ob suæ pertinaciam perfidiæ semper indomabiles, ipsique Deo, & no-
" bis tam diu rebelles, quoisque illius, non nostra virtute ipsoſ, &
" bellis vicimus, & ad baptismi gratiam Deo annuente perduximus,
" pristinæ libertati donatos, & omni nobis debito censu solutos, pro
" amore illius, qui nobis victoriæ contulit, ipſi tributarios, & subju-
" gales devote addiximus, videlicet ut qui nostra potestatis jugum hac-
" tenus ferre detraetaverunt, vieti jam, Deo gratias, & armis, & fide
" Domino, & Salvatori nostro Iesu Christo, & Sacerdotibus ejus, om-
" nium suorum jumentorum, & fructuum, totiusque culturæ decimas,
" ac nutritiæ, divites, & pauperes legaliter constricti persolvant."
Atque ALCUINUS in Epist. I. ad Aquilam, seu Amonem Antiflitem
Salzburgensem apud PEZ Thesaur. Anecdot. Tom. II. Part. I. pag. 4.
refert: Decimæ, ut dicitur, Saxonum subverterunt fidem. Ubi itaque ser-
mo de Larvis?

(d) CABASSUTIUS cit. loc. pag. 605. in princ.

(e) Nuperrime etiam JOSEPHUS DE MILLE ANIMABUS in *Litter. Pa-*
rænet. ad Eminentiss. ac Celsiss. Archiepiscopum S. R. I. Principem Elte-
torem §. 15. clarissimum præsidem, nempe Philippum Hedderich hoc
mactavit testimonio: Sunt enim certæ quadam in ejus pagellis scandalosæ,
tumultuaræ, schismaticaæ, de hæresi suspectæ, & in Rom. Pontificium con-
temptum conscriptæ propositiones. NB. Hicce libellus, qui impresius qui-
dem, nondum tamen juris publici est, mihi ante aliquod tempus per
Aquisgranum mittebatur sine additis litteris, sub solo involucro ignotz
manus inscriptionem, ignotumque sigillum exhibente. Verum autorem
divinare quidem superledeo, sed illi, quisunque sit, qui mihi impres-
sum seu benebole, seu malebole communicavit, publicas hisce, ac debi-
tas

Interim sanctissimæ Matris ecclesiæ judicio hanc rem unice committo,
 qui, ut laicus, seu secularis, dominas manus in jura matris injicere
 nec audeo, nec tento. Iccirco pergam ad alteram, seu minorem
 dissertatoris propositionem, quæ sic (f) haber. "Potestas ecclesi-
 stica uti ex natura sua, indole, ac fine ad temporalia sese haud
 extendit; sic neque vi sua subditis, soli in temporalibus imperan-
 ti subjectis, talia decimarum onera, quæ speciem tributorum præ-
 se ferunt, poterat imponere, multo minus mediis fini pro-
 portionatis pollebat ad ejusmodi præcepta executioni demandanda.
 Quidquid etiam hac in re disposuere Ss. Canones, Pontificum-
 que decreta, non ex legislatoria potestate, sed ex spontanea recep-
 tione, Principum voluntate suffulta, suum habuit valorem, Impe-
 ratoribus ex singulari in Ecclesiam devotione, prudentique œco-

D

" nomia

tas persolvo grates. Cum hæc vix absolvisset, subito obvenit Religions-
 Journal für das Jahr MDCCCLXXXIII. Stuck IV. Art. V. Bl. 368. de
 libris Romæ Fer. II. die 20. Jan. MDCCCLXXXIII. damnatis, proscripti-
 que referens: "Philippi Hedderichii M. C. Presbyteri S. Theologæ
 Licentiati &c. Systema, quo, præfatione præmissa, prælectiones suas
 publicas indicit; Bonnæ Typis Friderich Abshoven in Typographia
 Elect. Acad. an. 1770. Decret. eod. Sacr. Congr. Indicis, *

" * Dieses zum andernmal zu Nom verbothene System des kanonischen
 Rechts von dem Herrn P. Hedderich Konventualen, Professor jur. Canon.
 zu Bonn ist in Deutschland sowohl durch Vorlesungen, als Empfehlungen
 genügsam bekannt worden.

" Ejusdem Hedderichii Dissertatio juris Ecclesiastici publici de po-
 testate Principis circa ultimas voluntates, ad caussas pias, earumque
 privilegia &c. Bonnæ in Typographia Elect. Academica an. 1779. De-
 cret. eod. Sacr. Congregat. Indic. **

" * Ueber diese auch zum andernmal verdamnte Dissertation, und des-
 sen derselben beygefügten kanonischen Säzen kann die letzte VII. Beflager
 zum Rel. Journ. S. 221. nachgelesen werden.

Imposterum itaque non amplius damnabit, qui quater damnatus
 existit. Nos saltim ejus damnationem flocci pendemus, immo ex secun-
 do capite Legis Aquilæ ad damni iuraria dati restitucionem adversus
 eum quam primum agemus.

(f) Cist. §. 34.

" nomia hinc inde multum dissimulantibus .. Quicquid etiam clari-
 rissimus, si superis placet, præses, nempe Philippus Hedderich (g) con-
 sarcinavit, nihilominus minor æque, ac major erronea, scandalosa,
 piarum aurium offensiva, temeraria, seditiosa, schismatica, & here-
 feos suspecta (h) mihi videtur. Quid? Annon inter plures alias sa-
 cra Tridentina Synodus (i) præcipit " omnibus, cujuscunque gra-
 dus, & conditionis sint, ad quos decimarum solutio spectat, ut
 " eas, ad quas de jure tenentur, in posterum Cathedrali, aut qui-
 " buscunque aliis Ecclesiis, vel personis, quibus legitime debentur,
 " integre persolvant. Qui vero eas aut subtrahunt, aut impediunt
 " excommunicentur, nec ab hoc criminis, nisi plena restituzione se-
 " cura, absolvantur .. Annon ergo potestas ecclesiastica pollet me-
 diis licet non temporalibus, tamen spiritualibus iussa & præcepta
 sua exequendi? Annon ergo Canones, ac Pontificum, Conciliorum
 que decreta valorem suum consequuntur de potestate legislatoria,
 quæ si exularet, ecclesia simul careret effectu proprio regendi, sub-
 ditos moribus, ac legibus instituendi, ministros denominandi, iisque
 necessaria alimenta suppeditandi, & eo quidem potissimum tempore,
 quo, ut HONORIUS AUGUSTODANENSIS (k) adnotat, a regi-
 bus undique impugnabatur, &, sic addere liceat, in novissimis die-
 bus iterum impugnabitur. Toto proin pectore pudeat catholicum,
 nomine saltim tenus S.S. Theologie doctorem, sub cuius presidio
 ram heterogeneæ defenduntur theses. Pudeat insimul doctorem con-
 clusionis, quæ est: " Si tanta eorum potestas fuit olim, ut loco de-
 " cimarum, alium Ecclesiæ Ministros sustentandi modum congruum
 " potuissent substituere, imo & hodie urgente necessitate, aut uti-
 " litate reipublicæ teste celeberr. RIEGGERO (l) possint: profecto
 " dominis territorialibus denegandum haud videtur, si novales, qua-
 " rum

(g) In otiosis, atque indigestis Element. Jur. Canon. Part. I. Seß. I. Cap.
I. Tit. II., forte etiam damnatis, aut damnandis.

(h) Facile (sic spero) mihi dabunt cordati veniam, si cum Psalmista Ps.
LXVIII, v. 10. ingenue fassus fuero: Quoniam Zelus domus tuæ com-
dit me.

(i) Cit. Seß. XXV. de Reformat. Cap. 12.

(k) In summa gloria de Apostol. Cap. IV. apud PEZ sit. Tom. II. Part. I.
pag. 168.

(l) Loco a dissertatore allegato, nimirum Instit. Jur. Eccles. Part. III. §.
485.-488, nil omnino hac de re inveniendum.

"rum modica plerumque portio est, ad sublevanda Reipublicæ one-
 "ra Cameræ sue intendant vindicare. Heic quid ego memorem,
 nisi R. P. GASSMANN (m) nuperrime caussam ita perorasse, "Par-
 "cere, me judice, his Phrasibus, majori nominis sui incremento,
 "parcere labori potuisset laudatus P. Professor, profanasque vocum
 "novitates devitare. Trepidat revera timore, ubi timor non est.
 "Eodem, quo olim, Charitatis & Discretionis spiritu, eriamnum
 "animatur Ecclesia: Disciplinae nervum sicut intendere norunt, ita
 "& haud gravate remittent ii, quos spiritus sanctus posuit regere
 "Ecclesiam Dei, modo non facta, sed justa subsit rigoris relaxandi
 "causa. Non semper arcum tendit APOLLO suum. Id nuper, id ho-
 "die, id multoties vidimus, ita, ut dubium esse videatur, an non
 "potius sua indulgentia hinc inde excedant, quam deficiant sanctis-
 simi Praesules. Cui ergo bono isthac inepta chartæ inspersit som-
 "nia R. P. HEDDERICH, his præcipue exulceratis temporibus,
 "dum omnes ferme quærunt, quæ sua sunt, non quæ Jesu Christi;
 "dum refrigescit charitas multorum & turmatim itur ad vitulos
 "aureos? adulari voluit: nihil queras amplius. Hæc certe, si ulla
 "alia, perniciofissima doctrina est, bonisque moribus summopere
 "inimica, hominibus sua indole ad malum pronis, flebile pandens
 "iter ad interitum. Sic nempe, sic tuba inflatur perfidiæ, sic trans-
 gressionibus laxantur habenæ, sic vexillum erigitur effrænatæ li-
 "centiæ, sic contra Ecclesiam armantur Potestates hujus sæculi, &
 "sensim omne ejusdem sanctionibus subtrahitur obsequium. Non
 "enim major pro una, quam alia quacunque, quæ disciplinam at-
 "tinet, Ecclesiæ lege subverrenda, stare ratio dignoscitur. Et quid
 "demum, si, ut in humanis accidere natum est, justissima videan-
 "tur Domino territoriali tollendi legem motiva, quæ libratis om-
 "nibus, ecclesiæ apparent nulla & facta? His uno, alterove ver-
 bo addere liceat, dissertatorem vilis, atque abjecti animi esse, dum
 credere sustinet, cameram ad sublevanda reipublicæ onera modica
 portione magis indigere, quam sacerdotes, ac parœcos. Ergone

D 2

novus

(m) *De veter. circa jejun. Ecclesiæ disciplin. Cap. III. §. 24. Edit. nov. Quis ergo putas, hirtus ille erit librorum censor? Nonne is, de quo JUVENALIS Sat. II. v. 62. jam tum cecinit:*

De nobis post hæc triflis sententia fertur:

Dat veniam cervis, vexat censura columbas.

novus œconomus nondum computavit, quanto majorem camera quandoque portionem lucrifacere posset, si inutilibus, iatque non in bonum reipublicæ, sed privatorum, saepe inutilium terræ pondatum, commodum vergentibus sumptibus parceret. Aut sic dissertatori forte nondum vult usus,

Quem penes arbitrium est, & jus, & norma loquendi (n).

ANTITHESIS LXXV.

Pergit erraticus dissertator deviare, dum pergit (o) scriptitare: “*Huic obligationi tum naturali, tum divinae large satisfecerunt Imperatores, ac Principes, dum semel præter amplissima bona, possessionesque Ecclesiis collatas, sufficientem clero per decimas opulentissimas illi assignatas tribuerunt sustentationem*”. Ergone igitur principes ad procurandam ministris Ecclesiæ sustentationem congruam tum jure naturali, tum jure divino obligantur? Quæfō ubi illa lex naturalis, ac divina reperiunda? Ad hæc principes obligantur vel ut imperantes, vel ut principaliora ecclesiæ, cui adhærent, membra, sive, ut hodie dicimus, advocati? Si ut Imperantes; ergo non solum suæ, sed & omnium aliarum ecclesiarum, seu sectarum ministris, qui ipsis subsunt, parentque, congruam sustentationem procurare tenentur. Ergo etiam hodie magnus Turcarum Imperator non solum ecclesiæ catholicae sacerdotes, sed & Iudeorum rabbi, seu rabbinos sustentare teneretur! Bone Deus! Quis olitor unquam est ita opportune loquutus? Sin obligantur, ut nobiliora Ecclesiæ membra, sive advocati; ergo per ingressum, seu transitum ad religionem totum onus principibus imponeretur, & cuncta reliqua ecclesiæ membra, quæ ante ingressum, seu transitum principis ministros suos alere habebant, liberarentur, quantumlibet ministri omnibus aliis membris æque, ac principi inservire pergent. Quæ ratio? Quæ æquitas? An ita unquam obtinuisse legimus? Legimus quidem CONSTANTINUM M. ministris statam portionem ex aera publico decreuisse, ideoque CECILIANO episcopo Carthagennensi significasse. (p) “*Quoniam visum est nobis, per omnes provincias Africæ, Numidiæ, & Mauritanie certis quibusdam legitimi*”

(n) HORATIUS de art. poet. v. 72.

(o) §. 35. pag. 98.

(p) Apud EUSEBIUM Histor. Ecclesiast. Lib. X. Cap. 6.

“mæ & sanctissimæ religionis catholicae ministris in sumptus communes aliquid suppeditare, literas ad Vrfum, virum nobilissimum, Quæstorem nostrum in Africa, dedi: & ei significavi, ut tria millia phœnix tuæ gravitati numeranda curaret „. Sed & eundem pariter decrevisse (q) legimus. “ Ac quoniam ipsi Christiani non solum ea loca, in quæ convenire solent, sed alia etiam habuisse cognoscuntur, quæ non privatum ad singulos, sed ad jus totius ipsorum communitatibus, id est, Christianorum spectabant: singulis qui ea possident, mandes velim, ut omnia per legem, quam super posuimus, absque ulla controversia Christianis, id est, societati ipsorum & conventui reddant „. Legimus ab eodem ulterius fanticum (r) esse: *Habeat unusquisque licentiam, sanctissimo Catholico venerabilique Concilio decadens bonorum, quod optaverit, relinquere.* Legimus non minus fanticum (s) *Quod si nemo de cognatis superfit, qui ulli vel martyrum, vel confessorum, vel exulum, quos diximus, qui ejusmodi de causa solum verterint, bæres ratione succedat: ut ecclesia semper cujusque loci bæreditatem adeat, ratum esto.* Legimus a THEODOSIO, & VALENTINIANO (t) fanticum. “ Si quis Episcopus aut Presbyter, aut Diaconus, aut Diaconissa, aut Subdiaconus, vel cuiuslibet alterius loci Clericus, aut Monachus, aut mulier, quæ solitariæ Vitæ dedita est, nullo condito testamento decesserit, nec ei parentes utriusque sexus, vel liberi, vel si qui agnationis cognationisve jure junguntur, vel uxor extiterit, bona, quæ ad eum pertinuerint, Sacrosanctæ Ecclesiæ, vel Monasterio, cui fuerat destinatus, omnifariam socientur; exceptis iis facultatibus, quas forte censibus ascripti, vel jure patronatus subjecti, vel Curiali conditioni obnoxii, Clerici vel Monachi cujuscunque sexus relinquunt „. Legimus a JUSTINIANO (u) fanticum. “ Sive vidua, sive Diaconissa, “ vel

(q) Apud laudatum EUSEBIUM cit. Lib. X. Cap. 5. De bonis tam mobilibus, quam immobilibus, queis Ecclesia sub Imperatoribus ethnicis gavisa est, egit eruditissimus autor *Del Diritto libero della Chiesa di acquistare, e di possedere beni temporali si mobilis, che stabili* Lib. II. Tom. II, Part. I. Cap. 2, §. 2.-8.

(r) L. 1. Cod. de Sacros. Eccles.

(s) Apud EUSEBIUM de vita Constant. Lib. II. Cap. 36.

(t) L. 1. Cod. Theod. de bonis cleric. Et monach. & L. 20. Cod. Justin. de Episcopis, Et clericis.

(u) L. 13. Cod. de Sacros. Eccles.

" vel virgo Deo dicata, vel sanctimonialis mulier, sive quocunque
 " alio nomine religiosi honoris, vel dignitatis foemina nuncupata,
 " vel testamento, vel codicillo suo, quod tamen alia omni juris ra-
 " tione munitum sit, Ecclesiæ vel martyrio, vel Clero, vel Mona-
 " chio, vel pauperibus aliquid, vel ex integro vel ex parte, in qua-
 " cunque re vel specie, crediderit relinquendum, id modis omni-
 " bus ratum, firmumque consistat: sive hoc institutione, sive sub-
 " stitutione seu legato aut fideicommisso per universitatem seu spe-
 " ciali, sive scripta, sive non scripta voluntate fuit derelictum: om-
 " ni in posterum in hujusmodi negotiis ambiguitate submota. ... Le-
 gimus & ab eodem (x) sancitum. " Hujus autem perpetuae nostræ
 " legis beneficia eos volumus obtainere, qui in monasterio vel cleri-
 " catu perseveraverint. Nam si qui eorum, de quibus præsentem
 " legem posuimus, sanctimoniale vitam elegerint, ad secularem
 " autem conversationem postea remeaverint: jubemus omnes eorum
 " res ad jura ejusdem Ecclesiæ vel monasterii, a quo recesserint,
 " pertinere. Haec nempe erant viæ, quas quondam principes ad
 augendos Ecclesiæ reditus iniere. Num successores alias elegerunt?
 Evidem non negavero, a successoribus multa, ac magna Ecclesiæ
 collata, & concessa esse. Ast omnem sustentationem congruam ab
 Imperantibus & procuratam, & jure tam naturali, quam divino pro-
 curandam esse, & hodierno die procurari, non nisi plane insulfus,
 atque insipidus imaginabitur. Quot non offendimus Ecclesiæ, pa-
 rocias, vicarias, monasteria, aliaque beneficia, quæ non principibus,
 sed aliis tam ecclesiasticis, quam secularibus & ortum suum, & con-
 servationem in hunc usque diem, & sustentationem debent? Soli
 lucem affundere videretur, quisquis id demonstratum iret. Hinc ex
 falsis præmissis falsa quoque infertur conclusio: Adeoque nil obstat,
 quominus princeps decimas novales ad sublevanda reipublicæ onera,
 de cuius commodis quoque clerici, quæ cives participant, libere
 justeque vindicet, atque impendat. Falsum est enim, imperantes ad
 procurandam sustentationem naturali, ac divino jure teneri. Falsum
 est, congruam sustentationem a solis imperantibus procuratam esse.
 Falsum est, congruam sustentationem ab Imperantibus hodierno die
 procurari. Ex falsis igitur non nisi falsa, altoque cachinno ride-
 dus est dissertator, qui ad sublevanda reipublicæ onera non alia me-
 dia,

(x) L. 56. §. 2. Cod. de Episcopis, Et clericis.

dia, quam decimas novales, modicam illam, ut ipsus jam tam fas-
sus est, & parœcis jure ecclesiastico debitam portionem suppeditare
novit.

ANTITHESIS LXXVI.

Spreto cachinno pupillans dissertator (y) altera vice oclamat, sen-
potius remandit, jus percipiendi decimas ab Imperatoribus olim
clero concessum non involvere novales hodie oriundas. Eumque in
finem invocat SIFRIDUM Moguntinum Archiepiscopum, qui in
conventu Dioecesano jam supra (z) laudato petitioni populi sui sa-
tisfecit, & terram illam montosam, quæ in pago *Rudesheim*, & *Ibin-
gen* inulta jacebat, & per omnia ad jurisdictionem Archiepiscopi,
pertinebat, concessit, ut eam excoherent, atque in usum vinearum
redigerent, nec non de manso, qui fiscalinus dicitur, septem amas
vini, de singulis aliis mansis carratam vini (a) de jugere, quod ma-
jorem fertilitatem haberet, urnam vini (b), & de singulis aliis ju-
geribus, quæ minus valere dignoscerentur, dimidiam urnam singu-
lis annis sub nomine, & jure decimæ solverent. Inde inferri vult,
Episcopos Germaniæ novales, atque inulta aliis haud concessisse vi
juris episcopalis, seu juris decimandi; sed vi plenissimi dominii, ac
superioritatis territorialis, quatenus aut ipsas novales decimas, aut
terras incultas cum dominio illimitato ab Imperatoribus donatas, aut
una cum aliis terris cultis in feudum cum banno regio, ac regali-
bus fisci acceperunt. Medius fidius quot partes, tot & cartilagines.
Quodnam vel verbulum reperiire est, quod indicet, SIFRIDUM non
ut Episcopum, sed ut dominum territorialem disposuisse? Annon
dispositionis initium est: SIFRIDUS *Moguntinus Archiepiscopus*? An-
non in contextu est: *Statuimus etiam, ut si quis hoc pro voluntate sua*
*solvere negliceret, quod ab eo Archiepiscopus compositionem & satisfac-
tionem exigere & accipere deberet?* Annon ergo SIFRIDUS qua Archi-
episcopus dispositus? Ast ipsus FIFRIDUS notat, atque exprimit:

quæ-

(y) §. 36.

(z) ANTITHES. XXXVI. pag. 51. num. 12. & apud HARTZHEIM Con-
cit. Germ. Tom. IV. pag. 610.

(a) Carrata, vel Carrada est dolii vinarii, sive alterius liquoris species. DU
CANGE in Glossar. voce: *Carrata*, & *Carrada*. Dicitur pariter urna
vini. Laudatus DU CANGE voc. *Carra vini*.

(b) Urna est mensura liquidorum. DU CANGE in Gloss. voc. *Urna*. num. 2.

quædam terra inulta jacebat, quæ per omnia nostra jurisdictioni lattinebat. Demus, quondam regalium, jurisdictionis, item imperii mixti, & meri appellatione statuum in suis territoriis potestatem designari consueisse. Num ergo jurisdictionis nomine heic pariter superioritas territorialis designabitur? Qui tum sensus, quive intellectus? Admittamus tamen significationem impropriam. Quid porro? An ipsius SIFRIDUS superioritatem territorialem nactus est, anve ejus antecessores, ut episcopi, quos LUDOVICUS I. teste HELMOLDO (c) ut cæteros episcopos, qui propter animarum regimen principes sunt cœli, eosdem & principes regni effecit? An is, ut MASCOVIUS (d) monet, territorium, sive universitatem agrorum cum imperio possedit, anve ejus antecessores? An is ipsas novales decimas, aut terras inultas, nimirum pagum Rudesheim, & Ibingen cum dominio illimitato ab Imperatoribus donatum, aur una cum aliis terris cultis in feudum cum banno regio, & regalibus fisci accepit, anve ejus antecessores? An populo suo concessit novalium decimas, anve terram montosam, atque inultam? An strictas decimas præscriptis, anve annuam recognitionem, seu canonem? Ipse explicat. "Ut etiam eundem populum nostrum magis benivolum, & promptum ad excolendam terram illam haberemus, indulsimus eis, ut in campo nulla in eos fieret angaria; sed postquam fructus suos collegis sent, omnes simul solverent nobis & Successoribus nostris annuatim de mansis & jugeribus, uti prædictum est, sub nomine Decimæ quadraginta carattas vini pontici". Liquet itaque non strictas decimas, sed annum canonem præscriptum esse, quippe cum quadraginta carattæ vini annuatim, seu singulis annis solvi debeant, siue magna, sive major, sive maxima vini copia creverit. Demum si etiam SIFRIDUS non qua Episcopus, sed qua dominus territorialis populo suo terram inultam sub hocce pacto concessisset, ut quodnum omnes episcopi Germaniae illum æquis passibus fuerunt secuti? Sic fingat, alios qui fingere fingit.

— — Hic niger est. Hunc tu Romane caveto (e)

ANTI-

(c) Chron. Slavor. Lib. I. Cap. 4. apud LEIBNITIUM Scriptor. Brunsu. Tom. II. pag. 541.

(d) Princip. Jur. Publ. Lib. VI. Cap. I. §. II.

(e) HORATIUS Satyr. Lib. I. Satyr. 4. v. 85.

ANTITHESIS LXXVII.

Cui bono dissertator (f) nunc recoquit, tam ex mente, ac dispositione juris canonici, quam unanimi interpretum sententia jus decimandi simpliciter concessum non involvere novales? Quis id unquam in dubium vocare ausus est, cum jura aperte negent, occasione decimarum antiquarum usurpandas esse novales proprie (g) sic dictas, sed parocho addicendas. Sic ante jam tum percepimus, quod, licet (sunt verba VAN ESPEN (h)) perceptio decimarum in aliqua Parochia ab antiquo pertineat ad Capitulum vel Monasterium, nullum tamen jus competit ad *novalia*, sed illa de jure maneat, sive pertineant ad Ecclesiam Parochialem, nisi ostendatur causa *rationabilis*, puta privilegium, aliasve specialis & Canonicus ac rationabilis titulus, quo nominatum perceptio *novalium* Capitulo aut Monasterio sit indulta. Sic quoque percepimus, quod licet decimae ecclesiae parochialis ab alia ecclesia præscriptæ fuerint, nihilominus decimae novales parocho loci debeantur. Sic tandem percepimus, privilegium, vel infeudationem, aut emphyteusin de decimis concessam laicis, ad novales non extendendam esse. (i) Quoad decimas enim novales proprie sic dictas paroecus nititur dispositione juris communis, cui conformiter Concilium Burdigalense de anno MCCLV. (k) statuit: *Volentes igitur præsumptioni Clericorum & laicorum, prout possumus, obviare, & Ecclesiarum indennitatibus providere; omnibus omnino prohibemus, ne quisquam de cætero, clericus aut laicus, occasione veteris decimæ novalia recipiat; sed ea Parochialibus Ecclesiis, in quibus novalia excreverunt, libere possidenda permittat, usibus Ministrorum Ecclesie profutura.*

E

ANTI-

(f) §. 36. pag. 101.

(g) Novale proprie intelligitur ager, de novo ad cultum redactus, de quo non extat memoria, quod aliquando cultus fuisse Cap. 21. X. de V. S.

(h) *Jur. Ecclesiast. Univ. Part. II. Tit. XXXIII. Cap. 6. num. 19.*

(i) Conferatur BARTHEL *Opusc. Jurid. Tom. II. Opusc. VII. Sect. VI. §. 1. Assert. 4. & 5.*

(k) *Can. 31. apud laudatum VAN ESPEN cit. Cap. 6. num. 35.*

ANTITHESIS LXXVIII.

Aequi (sic subsumit dissertator (l)) quæ in favorem parochorum in decretalibus intuitu novalium disposita sunt, nunquam in Germania fuerunt recepta, eaque hodie nullatenus observari testantur tot ordinationes provinciales sanctis canonicis e diametro contrariae. Primam partem quod attinet, provocatur ad *Sacri Romani Imperii Principum, ac Procerum gravamina centum, quæ adversus Sedem Romanam, ac totum Ecclesiasticum Ordinem Oratori Pontificiae Sanctorum in Conciliis Germanorum Principum Noremburgæ Anno MDXXII. inchoatis, finitis vero XXIII. proposuerant, vernacule. Des 5. Römischen Reichs Stände Beschwerden, so sie gegen den Stuel zu Rom, und den ganzen geistlichen Stande haben der Bapstlichen Heiligkeit Orationen auff dem Reichstag zu Nürnberg (im 1522. Jahr angefangen und im 23. Jahr geendet) in gemein übergeben, inter cætera (m) tenoris.* “ Item et si laici per multa annorum curricula, de certis eorum prædiis, neque maiores, neque exiguae, ut vocant, præstent decimas: tamen per ecclesiasticos judices, apud quos inquis litigant conditionibus, autoritate judiciaria ita eis sit negotium, ut aut petitas judicio decimas, sive quippiam aliud est, quod ab eis exigitur, præstare persolvereque, aut excommunicationis pena ferre, necessum habeant. Neque hoc temere; Nam etiam a sententia quantumvis iniqua Romanum appellaverint, non eos fudit, quam onerosus atque dispar sit & illic lirium eventus.” Germanice: So die Leyen viel Jahr von etlichen Güteren kleinen oder grossen Behnden nicht geben, werden sie an geistlichen Gerichten (da sie kein Gewinn haben) dermassen betrangt, daß sie den Behnden oder anders, was von

(l) Cit. pag. 101.

(m) CAP. XLV. apud GOLDAST. Collect. Constit. Imper. Tom. IV. Clasf. II. pag. 50. SCHILTER de libertat. Ecclesiast. German. Lib. VII. Cap. II. §. 10. pag. 900. Num. LIX. LUNIG. Teutschs. Reichs-Archiv PART. GENERAL. Continuat I. pag. 423. & GEORGII Grauam: adversus sedem Roman Lib. II. Part. II. Sect. II. Cap. 45. pag. 455. Qui ergo impudens dissertator eit. pag. 101. lit. d. substituere ault huc verba: *Quod a clericis, & parochis petantur decimas, in quarum possessione nullatenus non fuerunt, vel legitimo jure a secularibus possidentur.*

(n) Cap. XLV. apud GOLDAST Reichs-Satzungen und Handlungen Th. II. Bl. 210.

von ihnen gefordert, geben, oder den Bann leiden müssen: In Betrachtung ob sie gleich von einer bösen Urtheilgen Rom appellirten, wie schweren und ungleichen Austrag daselbst überkommen. Amabo, quid heic de decimis novalibus, quidve de abrogatione, seu derogatione juris Canonici? Ad hæc quem illa gravamina effectum sortita sunt? Imprimis teste STRUVIO (o) nihilominus, seu gravaminibus haud attentis Concordata Nationis Germanicæ invaluerunt. Dein etiam gravamina vel nihil, vel parum profecisse Recessus Imperii de anno MDXXIV. (p) hisce docet: Es sollen auch die Beschwerung teutscher Nation von den weltlichen Fürsten und Ständen wider den Stuhl zu Rom auf nächsthin gehaltenem Reichstag angezeigt, und dann der weltlichen Beschwerung wider die Geistlichen, den Räthen und Persohnen, so von Churfürsten, Fürsten, und Ständen, wie obgemeldt, verordnet, auch zu berathschlagen, zu ermessen, und mit sampt ihrem Gutbedünken, wie dieselbe auff leidliche Bahn gericht und gebracht möchten werden, auff künftiger gemeiner des Reichs Versammlung vns oder vnserm Stadthalter, Churfürsten, Fürsten, vnd Ständen, fürbracht, vnd in solchem fürter die Rotturft bedacht vnd beschlossen werden. Immo postquam referente GEORGII (q) eadem gravamina a statibus Protestantibus Imperatori Placentiæ anno MDXXIX. altera vice exhibita sunt, & altera vice in Comitiis Augustæ Vindelicorum anno MDXXX. habitis (r) conclusum fuit: Als auch teutscher Nation Beschwerden, so sie gegen dem Stul zu Rom vns auff dem Reichstag zu Wormbs fürbracht, folgends zu gehaltenen Reichstagen zu Nürnberg vnd Speyer, davon auch Anregung bescheiden, ieho allhie durch Churfürsten, Fürsten, vnd gemeine Stände des Reichs vns wiederumb in Schrifften überliessert worden, mit vndern hängender Bitt, solche Beschwerden an Bäystlicher Heiligkeit Legaten, so ieho allhie, gelangen zu lassen; vnd darauff zu handlen, vnd Wege zu suchen,

E 2

(o) In Corp. Jur. Publ. Cap. XI. §. 16.

(p) §. 29.

(q) Lit. Lib. II. Part. III. Cap. 3. §. 1. pag. 509. Qua ergo fronte protritus dissertator cit. pag. 101. lit. d. dissertare audet, gravamina illa jam ante Lutheri tempora fuisse exhibita. Num eum fugit, Lutherum jam tum anno MDXX. a Pontifice, atque anno MDXXI. in Conciliis Wormatiensibus ut hæreticum condemnatum fuisse? Vid. inlustris Dominus DE MOSER in Teutschen Staats Rechte Th. I. Buch I. Cap. 7. §. 4.

(r) R. I. de anno 1530. §. 132.

suchen, damit dieselbe vns fürbrachte Beschwerden abgeredt werden möchtē. Demnach haben wir Päpstlicher Heiligkeit Legaten dieselben Beschwerden thun fürhalten, und darauff durch unsre, der Thurfürsten, Fürsten und Stände, darzu besondere verordnete Rāth, mit ihm deshalbens Handlung fürgenommen. Als er aber sich hören und vernemmen lassen, daß in denselbigen Beschwerungen etliche Artikel begriessen, die in seinem Gewalt nicht stünden, mit Anzeigung seines Bedenkens vnd gutwilligen Erbietens &c. Also, daß diesmal nichts fruchtbars noch endlichs, auff solcher gemeiner Stānd Begehrēn, hat gehandelt werden mögen: So haben wir vns der Sachen zu gutem vnd Förderung gnädig vnderfangen vnd bewilligt, durch unsren Oratoren, bey Päpstlicher Heiligkeit mit allem höchsten Fleis zu handeln, vnd die Sache dahin zu fördern, damit solche Beschwerden abgestellt, vnd dieser unsrer Nation, in selchem ihrem billichen Begehrēn statt gegeben werde. Tacebo jam gravamina illa, ut nonnulli (s) tuentur, plurima ex parte esse conficta.

ANTITHESIS LXXIX.

Quoad alteram partem negandum quidem non est, dari constitutions provinciales, sive, ut vocant, statuta, videlicet Austriae superioris, atque inferioris, Carinthiae, Bavariae, & Wittenbergae, quae juri Canonico derogant, & decimas novales vel decimatores ordinario, cui decimae antiquae debentur, addicunt, vel possessores terrarum, de quies decimae nunquam datae sunt, solutione novalium plane liberant. Num autem hæcce statuta etiam testificantur, ea quæ in favorem parœcorum in Decretalibus intuitu novalium disposita sunt, nunquam in Germania recepta fuisse, atque hodie in nulla Germaniae parte observari? Quis affirmaverit, maxime cum dicta statuta nullam Juris Canonici mentionem faciant: adeoque neque expresse, neque explicite, sed tantum tacite, atque implicite eidem derogent? Ad hæc: annon Decretales generaliter in Germania fuerunt receptæ? Nemo inficiabitur. Qui ergo hanc, vel illam decretalem in specie häud receptam, sed exceptam esse contendit, eo pleniorum adterre habet probationem, quo major, & fortior præsumptio, nec non plures, quos supra laudavimus, testes omni exceptione maiores illi resistunt. Cæterum an ejusmodi statuta etiam in foro interno

(s) SCHWARTZ Colleg. Histor. Part. VI. Quæst. VIII. §. 3. pag. 459. Et ita.

interno subsistant, ac valeant, curiosius non disquiram, sed lubentissime tradam theologis, ac canonistis, qui (*t*) saltem prægnantes dubitandi rationes suppeditare non prætermittunt.

ANTITHESIS LXXX.

Nunc ocius adeste proceres. En incedit novalium decimator in dominum muratus territorialem. Quis est iste dominus territorialis? Vel catholicus, vel Augustanæ Confessioni addictus? Si Augustanæ Confessioni addictus, plures præsto sunt, qui præstolari fatigunt. Quo jam tum a dissertore (*u*) non ut Augustanæ confessioni addictos, sed ut testes generales vaferime in medium allatos prætereamus, Tübingensibus (*x*) hoc inservire lubet modo: Dieser Satz ist

(*t*) Vid. BARBOSA in *Collectan.* in Cap. 7. X. de *præscript.* & GONZALEZ TELLEZ in *Comment.* in Cap. 7. X. de *præscript.* & Cap. 19. X. de *decimis.*

(*u*) Cap. II. §. 13. pag. 42. lit. e. & §. 37. pag. 103. lit. b.

(*x*) Apud CRAMERUM *Observat.* Tom. II. Part. I. Obs. 478. §. 3. Idem pariter BUCKISCH *Observ.* in *Instrum. Pac.* Osnabrugo-Westph. *Observ.* 136. hisce observavit: "Decantata est quæstio de decimis ex agris novæ libus, ad quos hæ pertineant? Et distinguendum videtur inter jus Canonicum & Jura consuetudinaria: Jure communi Canonico decimæ novalium, si ager intra Parochiam aliquam situs sit, ad Ecclesiam Parochialem, si extra eam, ad Ecclesiam Episcopalem, vel Episcopum ipsum spectant, cap. 29. d. *Decim.* & cap. 13. eod. De consuetudine vero, in terris Protestantium, vigore superioritatis territorialis, ad Principes Imperii pertinent, quia loca deserta & nunquam culta, ut vacantia, Principum sunt.. Sic non minus Moguntini apud FABRUM Europäischer Staats-Cantley Tb. LIX. Bl. 311, responderunt: Alldie weilen aber primo in statibus Protestantium in dem H. Röm. Reich receptior sententia dahin gehet,

Cit. Springius p. 214.

Additionator ad WERNDELE de decimis p. 580. daß die Novalia so wohl nach denen Constitutionibus Imperii absonderlich post pacem Monasteriensem, als auch der allgemeinen Observanz, wie solche dann in dem Herzogthum Zweibrücken deutlich genug diesfalls zu ersehen, denen Dominis territorialibus respectu der ihnen unterworffenen Geistlichkeit und milden Stiftungen zukommen, als finden wir Seine Hochfürstliche Durchlaucht in jure percipiendi Decimas Novalium wohl fundirt,

ist zwar juxta Canonica jura nicht zu vertheydigen, sondern nach selbst gem gebühren die Novalia der Parochiae loci c. 29. § 13. X. de decimis. Gleichwie aber bereits auf dem Reichstage zu Nürnberg anno 1522. die teutsche Reichs-Stände über die Erhöhung der Zehend-Abgaben in Centrum Gravaminibus Nationis Germanicæ Gravam 61. Quomodo novæ per violentiam instituantur Decimarum præstationes sich beschwechten juxta SCHILTERUM de libertate Eccles. German. Lib. 7. Cap. 2. pag. m. 901. Also wurde in dem Religions Frieden de anno 1555. §. 21. verordnet: daß einem jeden Stand, unter dem die Zehenden gelegen, an denselbigen Gütheren seine Weltliche Obrigkeit, Recht und Gerechtigkeit, so er vor Anfang dieses Streits daran gehabt, vorbehalten seyn solle. Und nach dieser Zeit ist communis opinio Doctorum Evangelicorum gewesen, daß die Decimæ Novales nicht der Geistlichkeit, sondern denen Landesherren vi superioritatis Territorialis, oder wie einige reden, vi juris Episcopalis zustünden. Haud tamen sic omnes Augustanae confessioni addicti. Ministrare enim recusant maximus JUSTUS HENNIN-

(z.)

dirt, folglichen nicht absehen können, wie sich das Reformierte Ober-Consistorium zu Zweibrücken, als welches Seiner Hochfürstlichen Durchlaucht als Domino territorii, so wohl secundum Pacem Religiosam, als mencionirten Münsterischen Frieden ganz subiect, dagegen weigeren könne, wobei wir pro secundo nicht shnerinnert lassen können, daß obgleich

Cit. Springius p. 222.

seine Meinung contra dictum D. Schmidt ex ordinatione Bavariae Dacis als eines Catholischen Stands so gar zu behaupten scheinet, solches jedoch eine ganz andere Bewandtnus habe, indem sothane Ordination in immemo riali consuetudine suffulta præsumptive privilegio S.S. Pontificum sibi gründet.

P. Friderich p. 179. n. 389.

welches aber von denen Herren Protestanten nicht angenommen, sondern wie oben erwähnet, aus anderen Principiis, daß nemlich die novalia Domino territorii zustehen, behauptet wird, und diesfalls an die canonische Principia sich nicht binden.

(y) In Jur. Ecclesiast. Protest. Tom. III. L. III. Tit. 30. §. 64. ubi tandem concludit: "Quod si vero quis existimaverit, decimis non existenda novalia, cuius rei tamen nulla nos urget necessitas, cum hi facilius tolli, quam tributa queant, immunitasque ab his demum non ceat reipublicæ, non item ab aliis: ne sic quidem præcise principia præstandæ, sed potius parochis vel pastoribus. Id quod facile ex hypo

" potest

(z) eruditiores Germaniae Jureconsulti. Hanc quidem litem ego,
ut Catholicus meam non fecero, interim tamen nullus capio, qui
ex Pace Religiosa erui velit, decimas novalium domino territoriali
deberi. Etenim Pax Religiosa generaliter tantum constituit, quid
circa redditus bonorum ecclesiasticorum tam intuitu Catholicorum,
quam Augustanæ confessioni addictorum Statuum obtinere debeat.
Quid ergo obtinere debet? En ipsa verba supra (a) jam tum relata.
" So soll doch einem jeden Stand, unter den die Renten, Zins, Gülté,
Zehn.

" pothesi adverstantium colligi potest, Qui decimas novalium necessarias
" esse credunt, fundamentum necessitatis aliunde, quam ex jure canonico,
" trahere nequeunt, quod eas parochis vel episcopis assignat. Neque
" enim jus territoriale, ut dictum, illas præcise fundis imponit, lege
" provinciali cessante, neque ulla alia juris necessitas. Si ergo præcise
" præstenda, præstent ecclesiis parochialibus, quibus Judice BRUN-
" NEMANNO lib. 2. jur. eccl. c. 7. §. 18. vix commodius quam ex
" iis propici potest".

(z) Neben-Stunden Th. V. Abh. XXXV. §. 10. und Th. VI. Abh. XXXXV.
§. 65.

(a) ANTITHES. XXII. Idem etiam in *Instrumento Pacis Cæsareo-Suecico*
art. V. §. 45. repetitum, propterea tamen non omne dubium sublatum
est, prout HENNIGES in *Meditat. ad Instrum. Pac. Cæsareo-Suev.* art. V.
§. 45. pag. 684. lit. e. ita testatur: " Cum in pace religiosa nullius certi
temporis, aut termini mentio fiat, ex quo jura statuum utriusque re-
ligionis in causis redditum definiuntur. Hoc vero loco, ubi de Ca-
tholicis proprio sermo est, omnis hæc res ad dispositionem pacis re-
ligiosæ simpliciter remittitur, inde dubium enatum, & in Comitiis
superioribus, inter quatuor illa præcipua quarto loco propositum fuit,
an proventus ex locis Evangelicæ ditionis Monasteriis Catholicorum
olim debiti, sed anno 1624. ad patrimonium principis territorii re-
dacti, hoc anno, ejusque usu non obstante, Monasteriis illis Pontifi-
ciis nihilominus in posterum solvendi sint? vel annon potius, ex pos-
sessione perceptionis dicto anno habita, eos Princeps retinere sibique
habere possit? Quæstio profecto anceps & dubia, si uspiam alia. Nos
tamen nihil ambigimus, quin posterius & aquitati & menti paci-
fientium maxime consenta cum sit ... Per parenthesin addere liceat
hæc BURGOLDENSIS *Discurs. ad Instrum. Pac. Osnabrug.-Monast.*
Part. II. Disc. 16. p. m. 144 verba: " Imo superiori seculo, feliciter de-
cimo sexto occupatis bonis ecclesiasticis, post sacram illam valde op-
mam messem multæ decimæ in fiscum atque æteria redactæ, quod ip-
sum an in foro poli & conscientiæ exculari possit, in novissimo ju-
" dicio

Zehnden, oder Güter gelegen, an denselbigen Gütern, seine weltliche Obigkeit, Recht und Gerechtigkeit, so er vor Anfang dieses Streits in der Religion daran gehabt, und im Brauch gewesen, vorbehalten, und dadurch denselbigen nichts benommen seyn. Ex his, quæso, quis ratione praeditus colliger, novalium decimas domino territoriali deberi? Ita si foret, cui bono Pax Westphalica (b) sancivit: *Inter cæteros status Imperii & subditos (c) id juris esto, quod jus commune vel cujusque loci consuetudo & observantia de Decimis ex bonis novalibus constituant, aut pactiones voluntarias conventum est?* Si igitur in definiendis controversiis, quæ in ejusmodi caussis inter Imperii status, & subditos oriuntur, ad jus commune (d), ac cujusque loci consuetudinem, atque obser-

“ dicio Præses Christus, servator noster, discutier... Conferatur simul BUCKISCHI cit. loc. *Observ.* 132. nec non GUNDLING Im vollständigem Discours über den Westphälischen Frieden Art. V. §. 45.

(b) *Instrum. Pac. Cæsareo-Suec Art. V. §. 47.*

(c) De his verbis laudatus HENNIGES cit. §. 47. pag. 701. lit. r. Commentatur. “ Quid autem hoc sibi vult, inter cæteros STATUS? Cum de statibus omnino nihil adhuc conventum reperiatur, quantum quidem ad jus decimandi e bonis novalibus attinet, sed lex saltē fundationem causam in præcedentibus egerit, nec aliter quam ratione juris decimandi alieno in territorio. Religio mihi est, Pacientes hic inconsiderantie arguere. Non procul tamen ab est, quin dixerim, rectius facturos fuisse, si vocem cæteros, omisissent, oratione sic instituta. Inter Status Imperii & subditos. Nisi forsitan magis placeat hæc ratio connexionis, quia inter fundationes, quarum hic generatim fit mentio, immediaet etiam esse possunt; quæ sunt Status Imperii; Itaque hic de Statibus cæteris, qui non sunt ecclesiastici, atque ideo incapaces fundationum, statui. Sed neque hæc explicatio suis caret difficultatibus; non modo enim grave est, hanc differentiam, lege tam obscure loquente, inter status Ecclesiasticos & seculares facere; sed & illud obstat, quod jam supra paragraphis 25. & 26. expositum inveniatur, quid Statibus tam Evangelicis, quam Catholicis competit, qui fundationes possident, sive illæ de territorio, sive in territorio fuerint: Mallem ego itaque omnino, si modo liceret, loco verborum, inter cæteros status Imperii & subditos, substituere, de cætero inter status Imperii & subditos &c. Sed hæc conjectura est, de qua liberum cuique judicium relinquo.”

(d) “ Tam civile (subnotat HENNIGES cit. §. 47. pag. 702. lit. s.) quam Canonicum. Nam hujus etiam non parva est auctoritas in questione de

observantiam, nec non ad pactiones voluntarias (e) recurrendum erit, quo juris colore defendi poterit, novalium decimas domino territoriali Augustanæ Confessioni addicto competere? Hæc per transennam.

ANTITHESIS LXXXI.

Sin dominus territorialis existat Catholicus, paucissimos numerabis Catholicos novatores, atque assentatores, qui Augustanæ confessioni addictorum doctrinam, & principia adoptarint. Cum pusillo hocce grege se sociare maluit non quodam assentationis, aut novitatis studio, sed solo veritatis amore, jurisque dictamine impulsus disserrator Præside *Philippo Hedderich* Min. Conv. Presbytero, Ss. Theologiae Doctore, Ss. Can. in Academia Electorali Bonensi Professore publico & ordinario, Consilii Electoralis Academicus, ac Collegii juridici Assisiore, Eminentissimi Principis Archiepiscopi Electoris Coloniensis Consiliario Ecclesiastico actuali, nec non per Archidiœcesin Coloniensem librorum censore, jam quater Romæ damnato intrepide, ac publice propugnans (f) "quod, sicuti olim liberum fuisset Regibus, ac Imperatoribus suo Fisco vindicare novales: ita nihil obstet, quominus Status Imperii, singuli suis in territoriis easdem ærario, aut Cameræ suæ jubeant pensitari". Quid, si antecedens negetur, quænam suppetit probatio? Aut forte probationem suppeditabit LEHMANNUS non tantum scribens (g): Das andern Gefäll der Kirchen ist der zehnde Theil aller Frucht, so der Boden ertragen. Was den Zehenden belangt, hat man in etlichen Orten aus einer gewissen Markung oder Refier denselben von allerhand Früchten zu der Eiseley und Priester Unterhalt, so wohl in Städten, als Flecken und Dörfschaften geließert, und haben die Könige auf der Bischoße Ansuchen und Wegweisung der Mosaischen Gesetz ernst und streng darob gehalten, wer sich hierin faumig, fahrlässig oder ungehorsam erzeigt, der hat nicht allein der Kirchen Buß auf sich geladen, daß er von der Gemeinde ausgeschlossen worden, sondern auch des Grafen oder Gerichts-Straf verwürkt, die

F

et

" de jure decimandi e bonis novalibus; Imo fere unica, cum jus civile non adeo multa de decimis novalibus habeat ..."

(e) "Oportet autem (ait HENNIGES cit. §. 47. lit. u.) pactiones esse voluntarias, ut omnis vis vel coactio metusve absit, quibus aut vitiari pacta solent, aut exceptione elidi".

(f) Cit. §. 37. pag. 103.

(g) Speyrischer Chronic Buch II. Cap. XXXV, Bl. 119.

er dann un nachlässig bey Leibs Straf müssen zahlen, und daneben den
Zehnden der Kirchen reichen, verum etiam addens (b) der Kaufmannschaft
und Handthierung seynd die Gefreyte obgelegen, und vermög der Rechten
schuldig gewest, von ihrer Kaufmannschaft den Zehnden der Geistlichkeit zu
leisten, nicht weniger als die, so mit dem Geldbau umgangen. Ad hæc
an omne, quod olim obtinebat, hodie etiam obtiner, atque obtainere
debet? Olim nondum extabat Decretum, & Decrerales. Ergo neque
etiam hodie? Olim Jus Canonicum æque, ac Romanum in Germa-
nia nondum recepta erant. Ergo neque etiam hodie? Olim Capitulatio
Imperioriam Majestatem haud multum coarctabat. Ergo neque
etiam hodie? Olim Augustana confessio Imperatori, atque Imperio
nondum exhibita erat. Ergo neque etiam hodie? Olim Pax Religio-
sa, ac Westphalica Catholicos, nempe Germanos, nondum ligabat.
Ergo neque etiam hodie? Post Pacem Religiosam, ac Westphalicam
Augustanae confessioni addicti, non tamen ad unum omnes docere
incœperunt, novalium decimas dominis territorialibus Augustanae
confessioni addictis vi superioritatis territorialis, vel vi juris Episco-
palis competere. Ergo & hodie Catholici idem dogma recipere,
æquisque passibus sequi habent?

ANTITHESIS LXXXII.

Nihilominus audax dissertator (i) usque adeo sic inturgescit. « Ac
« quidem si de locis simpliciter incultis, ac desertis quæstio sit, ne-
« mo vix ICTORUM, utrū decimatoribus ecclesiasticis addictorum tam
« pertinax erit, qui hanc Principi potestatem ex his incultis auctoritate
« ipsius sola cultivatis decimas exigendi ausit disputare. Tam
« enim ex principiis juris publici universalis, quam legibus Imperii
« Germanici, multarum regionum constitutionibus particularibus,
« imo ex ipso jure Romano, in Germania recepto, certum est,
« ejusmodi inculta in illimitato solius Principis dominio esse ac po-
« testare „. Quid tot ac tanta? Quis unquam in dubium vocavit, os
« quæ in subditorum, sive singulorum, sive universitatis proprietatem
non venerunt, ad rem publicam pertinere? Quis in dubium voca-
vit, ita penes imperantem esse, an singulos ad promiscuum, & com-
munem harum rerum usum adhuc admitttere (k) an eosdem ab illo
ex-

(i) Buch II. Cap. XIX. BL 77.

(j) Cit. §. 37.

(k) Quamdui (ita JUSTUS HENNINGIUS BOEHMER in *Introduct. in Jus*

excludere, & res illas in usus publicos convertere velit? Quis in du-
biū vocavit, penes imperantem esse, an uni alterive subdito ter-
ram, seu locum quendam incultum (*l*) sive, ut THEODOSIUS, &
VALENTINIANUS (*m*) ajunt, fundum patrimoniale (*n*) sterilem sub
certi canonis pollicitatione dare velit vectigalem contractu perperua-
rio, libellario, censuali, emphyreutico, vel alio cujuscunque generis?
Juvat heic antestari CHOPPINUM (*o*) varios, ac multiplices pris-
corum

Jus Public. Univers. Part. Spec. Lib. II. Cap. X. §. 8. lit. b: admonet
imperans, quæ extra singulorum proprietatem in territoriis reperiuntur,
sibi soli ad reipubl. usibus non adscripti, communia vocantur, & singu-
lorum usibus patent, ut multis locis adhuc sunt lapicidinæ ingentes,
sylvæ latissimæ &c. & hoc intuitu nullius dicuntur h. e. non sunt in
privatorum bonis, & sic nullius non absolute, sed *respective* vocantur:
cum alias omnino reipubl. sint.

(*l*) Locus aliis est incultus, aliis desertus, aliis derelictus. Incultus ut su-
pra ANTITH. LXXVII. lit. b. audivimus, est ager de novo ad cultum
redactus, de quo non extat memoria, quod aliquando cultus fuerit.
Desertus est, quem dominus colere cessat, quemque intra biennium
restitutis primitus, quæ expensa constiterit, ad jus suum revocare potest,
ita tamen, ut si biennii fuerit tempus emensum, omnis possessionis, &c.
domini cariturus sit jure, qui siluit. L. 8. Cod. de omni agro des. Pro de-
reliquo autem habetur, quod dominus ea mente abjecit, ut id rerum suarum
esse nolit, ideoque statim dominus esse definit. §. XLVII. Instit. de R. D.
(*m*) Novell. Tit. XXXIII. in Cod. Theod. curante SICHARDO. Lugduni
MDXCIII.

(*n*) Fundorum patrimonialium (ut verbis PEREZIL in Praelect. in Cod.
Lib. XI. Tit. 61. num. 3. utar., triplex erat conditio; alii colendi da-
bantur, ad modicum tempus; & tunc pleno jure remanebant Reipubli-
cæ; aut transferebantur in privatos, Iure privato & salvo canone; aut
dabantur jure emphyreutico, in perpetuam emphyteusim; steriles præ-
ferrim agri, & inculti, ut fertiliores redderentur. Nam respublica aut
Princeps paucos agros sibi reservabat. Tacit. l. 4. ann. Rari per Italianum
Cæsaris agri, ut eo magis cives agricultura studerent, ex qua summum
commodum: Verum non comprehensis iis fundis, qui simpliciter eloca-
bantur, erant duplicitis generis fundi patrimoniales, alii juris emphyten-
tici, similes fere privatæ emphyteusi, nisi quod fiscus in suas emphyteu-
ses potius jus haberet. Alii juris privati, similes privatorum agris, qui
tantum tributum pendebant; sed illud quandoque majus, quo fisco da-
batur, a quo subinde etiam privati emebant dominium istorum fundo-
rum salvo canone, quandoque dempto canone; & tunc non differebant
ab agris privatis.

(*o*) De domanis Franc. Lib. III. Tit. 18. num. 5.

corum usus in colendo, & agro prius inculto exercendo hisce re-
 censem. "Si Byzantiorum mores spectaveris, intelliges eos prä-
 dia publica sub pensione quibusdam addixisse, Τὰ μὲν χαρτια;
 " Χεονος τινα, τὰ δὲ ἀχαρτα, αναδωγ. Teste Aristotele Lib. 2. Oco-
 " nomicon. Romanorum publici agri a decumanis inarabantur, ex
 " eo dictis, qua frumenti decumas solvebant. Sic antiqua Hieronis,
 " & Romanorum lege, sicuti agri decumani erant: hoc est, deci-
 " mam pensitabant: cui colligendae qui präerat, Decumanus voca-
 " batur. Inde Siciliam, M. Cato Cellam penuariam Reipubl. Ro-
 " manæ appellabat, nutricem plebis, fructuosamque Provinciam. In
 " Hispania nec non Vicesimæ frumenti exigebantur. De qua Vice-
 " sima legere est apud Livium, P. Licinio, & C. Cassio COSS. anno
 " Urbis. 582. Pars autem agrorum Reipubl. pascuis publicis servata
 " est. Scriptura, vectigal erat, quod pendebatur ab iis, qui sylvis &
 " pascuis publicis fruebantur: Ut in Italia, Sylva Scantia, & Salyc-
 " tis ad Minturnas. Cujus rei Appianum ciemus auctorem Lib. I.
 " bell. Civil. Idem scribit, decimam fructuum partem Reipubl. exol-
 " vi solitam, pro vectigali eorum agrorum, qui deserti ad cultu-
 " ram redigerentur. Cæsarum vero temporibus, aliae usitatæ sunt
 " contractuum formulæ in prædio novali, ut rite excoleretur con-
 " cedendo,. Licet ergo ejusmodi subditi imperanti decumas, seu
 decimas loco annuæ pensionis, seu canonis, seu census, seu merce-
 dis solvant, quid veteri, quominus & decimas ecclesiasticas dent pa-
 rocho, quippe qui teste SÖLL (p) novalium decimas jure petit, ita
 ut specificationem fundi, pro nova cultura designati, suis expensis
 describendam, exigere queat. Aut forte duplices decimæ solvendæ
 non sunt, ne alioquin imperanti minus solvatur? Ast annon plurimi
 subditi, ut agrorum cultorum domini, solvunt imperanti tributum,
 seu vectigal, sive onera publica, simul & parocho decimas? Annon
 plurimi coloni, ut agrorum cultorum conductores, solvunt & impe-
 ranti tributum, & domino, seu possessori fundi mercedem, sive an-
 num canonem, & parocho decimas? Quid pluribus? Ubi jus Ca-
 nonicum receprum est, ibi quoque locum incultum sive in feudum,
 sive in emphyteusin, sive alio modo tam concedens, quam accipiens
 juri se conformare, atque ita agere habent, ut cuncta präscripta de-
 bita reddi valeant.

Reliqua typographi aliis jam curis impediti ergo sequenti reservantur
 SPECIMINI.

(p) *De decimis noval. Part. IV. §. II. num. 457.*